




Tractatus primus

Iste est tractatus summula rum magistri petri hyspani. In quo ipe compendiose determi nat de his que in libris logice arestotelis Boetij et Porphirij. plixe tractant᷑. Et dicit᷑ iste liber summula per similitudinē ad summam ꝓprie dictam. Est em̄ summa ꝓprie dicta magnus numerus resultans ex aggregatōne plurium ꝑuorum numerorum. Et transumptiue ꝑ similitu dinem ad talem summam aliquis liber in quo est aggregatio pluriuꝫ tra ctatuum paruoꝝ vel capitulorum dicitur summula. ⁊ summula est dimi nutiuum a summa sic accepta transumptiue. Et qꝛ iste liber breuis est ⁊ compendiosus. Ideo vocat᷑ summula ⁊ dicitur Petri hyspani ad denotā dam causam efficientem huius tractatus. Ipe em̄ hunc tractatum extrax it ex libris Arestotelis ⁊ aliorum logicoꝝ. Et ꝑ hoc patꝫ titulus huius li bri. Est em̄ titulus denominatio libri ſm̄ om̄es causas vel aliquas suaꝝ causarum. ¶ Sciendum est ꝓ̇mo. ꝙ huius libri sicut ⁊ alioꝝ libroꝝ quat tuor sunt cause. scꝫ causa efficiēs. materialis formalis ⁊ finalis. Causa aūt efficiēs dicta est. Sꝫ causa materialis ei⁹ siue subiectū est argumentatio. sicut ⁊ totius logice. Cuius ratio est. qꝛ ꝯditōes subiecti attributōis sibi ꝯueniunt respectu hui⁹ sciētie. Unde tres sunt ꝯditōes subiecti attribu tionis. Una est ꝙ illud sit ꝓ̇ncipalit᷑ ꝯsideratum in scientia cui⁹ est subie ctum. Et ideo passiones ꝓ̇ncipia ⁊ ꝑtes subiectiue et integrales q̄ ratōne subiecti ꝯsiderant᷑. ⁊ nō ꝓ̇ncipaliter nō habent ratōem subiecti. Scd̄a est. ꝙ omnia ꝯsiderata in scientia cuius est subiectū habeant reductōnem ad tale subiectū ⁊ sub eo ꝯtineant᷑ quantū ad ratōem ꝯsiderādi. Un̄ aliqua reducunt᷑ ad subiectū vt ꝓ̇ncipia ei⁹ aliqua vt passiones Et aliqua vt par tes subiectiue vl̄ integrales. Tertia ꝯditio est ꝙ tale subiectum sit ade quatum scientie cui⁹ est subiectum. Ita ꝙ sub tali ratōne formali in nulla alia scientia ꝯsideretur. sed ꝙ sit ꝓprium illi⁹ scientie sub tali ratōne formali. ¶ Sciendum scd̄o. ꝙ subiectum accipitur octo modis. Primo dicitur obiectum alicui⁹ potētie. vt color dicit᷑ subiectum visus. i. obiectuꝫ. Scd̄o accipit᷑ ꝓ famulo alicuius dn̄i. vt seruus dicit᷑ subiectus suo dn̄o. Tertio ac cipitur ꝓ corpore posito sub alio. vt fundamentū est subiectum parietis. Quarto ꝓ subiecto accidētis. Quinto ꝓ subiecto ꝓpositōnis vt homo ē animal. Sexto capit᷑ ꝓ subiecto ꝓprie passionis. vt homo est subiectum ri sibilis. Septimo pro subijcibili vel inferiori alicuius superioris. vt homo respectu animalis. Octauo ꝓ subiecto attributōnis de quo modo est hic principaliter ad ꝓpositum qui modi in his versibus ꝯtinentur. Obiectuꝫ verna positum sub cui quid inheret Quod prius est copula proprij logica liter infra. Quo sil᷑ ars heret sunt bis subiecta q̄terna. ¶ Diffinit᷑ ergo sic subiectū attributōnis. Est quid cōmunissimū ꝓ̇ncipaliter ꝯsideratum in scientia ad quod oīa ꝯsiderata habent reductōem vel reducunt᷑ ſm̄ eorū formalē ratōem ꝯsiderādi nō excedēs metas illi⁹ scientie. ita ꝙ sub tali ratōe formali in nulla alia scīa ꝯsideret᷑. Ul᷑ breui⁹. Est quid ꝓ̇ncipal᷑r ꝯsidera tum in aliqua scīa sub cuius ratōne formali considerandi nō excedens me tas illius scientie ⁊ sub tali ratōe formali in nulla alia scientia ꝯsideratur

Deus fecit

27. VII. ... 122.

Petri hyspani

¶ Sciendum tertio ꝙ duplex est causa finalis huius libri. scȝ extrinseca ⁊ intrinseca. Unde finis intrinsecus est ꝑfecta cognitio argumẽtatõis quã tum ad sua principia ꝑtes ⁊ passiones sicut in qualibȝ scientia speculatiua finis ꝓpinquus est ꝑfecta cognitio sui subiecti. Sed finis eius extrinsecus est cognitio omniũ aliarum scientiarũ que per argumentatõnem acquirũ tur. Et ideo cum omnis sciẽtia vera sit bonum ⁊ ꝑfectio ipsius anime ex cedens in ꝑfectõne omnia bona corporis. sequit̃ ꝙ logica ꝑ quam omnes scientie acquirunt̃ est necessaria ⁊ vtilis. Unde bonitas rei ⁊ vtilitas artẽ duntur ex parte finis. ¶ Sciendum quarto. ꝙ causa formalis est duplex scȝ forma tractandi ⁊ forma tractatꝰ Forma tractandi est modus proce dendi q̃ est diffinitiuus. diuisiuus. ꝓbatiuus ⁊ exemplorum positiuus Sȝ forma tractatus est diuisio eius ꝑ tractatus ⁊ tractatuum ꝑ capitula ⁊ ca pitulorum per partes. Unde in hoc libro sunt septem tractatus Primus est de enunciatõne correspondens libris perihermenias arestotelis. Secũ dus est de vniuersalibus correspondens libro predicabiliũ porphirij Ter tius est de predicamentis correspondens libro predicamẽtorum arestotel. Quartus est de syllogismo simpliciter dicto correspondens libris priorũ arestotelis. Quintꝰ est de locis dyaleticis correspondens libris thopico- picorum arestotelis. Sextus est de fallatijs correspondens libris elenco- rum arestotelis Septimus est de paruis logicalibus ꝯsiderans de aliqui bus proprietatibus terminorum scȝ de suppositõnibꝫ relatiuis de amplia tionibus de restrictõnibus de appellatõnibus de distributiuis de synca- thegreumatibus. qui tractatus nõ correspondent aliquibus libris specia libus logice. sed est extractus ex diuersis libris. Et licet via doctrine seq̃ tur tractatum fallatiarum tamen ordine nature debet sequi immediate tractatum predicamentorum. quia ibi determinat̃ de passionibus termi norum incõplexorum. Et per hoc patẽt titulus cause ⁊ diuisio huiꝰ libri

¶ Contra predicta arguitur primo sic. Iste liber est tantũ vna summu- la. ergo male nominatur summule in plurali numero Secundo sic Ani ma est subiectum huius scientie. quia est subiectum cuiuslibet scientie. er- go male dicit̃ ꝙ argumentatio sit subiectum huius scientie Tertio sic. Scientia est habitus ꝯclusionis. sed argumentatio nõ est cõclusio. ergo de ipa nõ est scientia nec est subiectum huius scientie. Quarto sic. Prius nunq̃ reducitur ad posterius. sed principia subiecti ꝑcedunt ipsum. ergo nunq̃ habent reduci ad ipsum subiectum sicut est dictum. Quinto sic. Finis logice est ꝑfectio anime cum sit finis cuiuslibet scientie. ergo perfe cta cognitio argumentatõnis non est hic finis cum illa cognitio sit effectꝰ anime consequens suum esse completum.

☞ Ad primum dicitur ꝙ si consideretur iste liber vt est vnꝰ totalis tra ctatus tunc bene dicitur summula in singulari numero. sed si cõsideretur vt continet plures tractatus Tales bene dicitur summule in plurali nu- mero. Ad scđm ꝙ licet anima sit subiectum inhesionis huius scientie ⁊ capiendo subiectum pro subiecto accidentis. Non tamen est subiectuȝ at tributõnis eius de quo hic est ad ꝓpositum. Ad tertium ꝙ de conclusi one tantum est scientia directe tanq̃ de ꝓprio obiecto eius. sed tamen in-

Hic autor ponit diffinicionem dyalectice in qua reddit auditores beniuolos et attentos ostendendo huius scientie dignitatem et utilitatem dicens quod dyalectica est ars artium ...

Petri hyspani

directe est scientia de subiecto ↄclusionis ⁊ de p̄dicato ei⁹ ⁊ de principib⁹ et de ptibus ipsius subiecti. Modo lz argumētatio nō sit ↄclusio tamē vt designat̄ p modum incōplexi potest esse subiectum ↄclusionis. Ad q̄rtum dicitur ꝙ lz principia subiecti ƀm suum esse nō habeāt reduci ad subiectum tamē possunt reduci ad ipm quantū ad ratōem ↄsiderādi. Ad quintum dicit̄ negando ↄsequentiam. ⁊ causa est q̄ꝛ pfecta cognitio argumentatōis est ipamet pfectio anime ⁊ licet ipsa sit effectus anime, nihilominus tamen potest esse pfectio accidentalis eius. ⁊ potest pficere ipsam in ordine ad suum vltimum finem ĝ est summa felicitas.

Dyaletica est ars artium scientia sciētiarum ad omnium methodorum principia viam habens. Sola enim dyaletica probabiliter disputat de principijs omniū aliarum scientiarum.

Postq̄ est visum de q̄ttuor causis ⁊ titulo hui⁹ libri. Hic ↄsequēter accedendū est ad materiā ei⁹. In p̄ncipio tn̄ autor p̄mittit p̄hemiū suuz. Et q̄ꝛ in p̄hemio q̄libet autor debet reddere auditorē beniuolū' docilez ⁊ attentū. Ideo ratōe hui⁹ autor hic ostēdit excellentiā vtilitatē ⁊ ordinez hui⁹ scie. Primo diffiniendo dyaleticā dicendo ꝙ Dyaletica est ars artium scia scientiaꝝ ad oīm methodoꝝ p̄ncipia viam habēs. In qua diffinitōe ostēdit̄ excellētia ei⁹ cū d̄r ars artium scia sciētiarum. Et tāgit̄ vtilitas eius cū d̄r methodoꝝ p̄ncipia viā habēs p cui⁹ intellectu. ¶ Sciendū p̄mo ꝙ ars capit̄ dupl'r. Uno mō special'r. vt ab arestotele diffinit̄. ꝙ est recta rō reꝝ a nobis factibiliū. Et sic ē vn⁹ habit⁹ intellectualis ab alijs distinct⁹. Et hoc mō diuidit̄ in septē artes mechanicas q̄ in versib⁹ ↄtinent̄. Lana nemus miles nauigatio rus medicina. His ars fabril'iungat̄ mechanice sunt. Et dicunt̄ ille artes mechanice q̄ꝛ faciūt intellectum mechari. i. cōmisceri cū reb⁹ exterioꝛib⁹ ⁊ alienari a sua p̄pria opatōe q̄ est speculatio. Alio mō capit̄ ars general'r vt diffinit̄ a Tullio. ꝙ est collectio pluriū p̄ceptoꝝ in vnū finē tendentiū. ⁊ hoc mō est ad quoddā superius ad sciam ⁊ artē p̄prie dictā. Et hoc mō ponit̄ in diffinitōe dyaletice Ratōe cui⁹ p̄us ponit̄ ars q̄ȝ scia. Et nō capit̄ hic special'r vt opponitur scie q̄ꝛ sic opposita ponerent̄ in eadē diffinitōe. ¶ Sciendū scd̄o ꝙ ars general'r capta sub se ↄp̄rehēdit plures habit⁹ intellectuales ab inuicē distinctos. Un̄ q̄nq̄ȝ sunt habit⁹ itellectuales. sc̄ȝ sapiētia intellect⁹. scia prudētia ⁊ ars. Quoꝝ sic habet̄ sufficiētia. q̄ꝛ oīs habit⁹ itellectual'vl' ē speculatiu⁹ vl' practic⁹ Si speculatiu⁹ h̄ ē tripl'r vl' d̄t cognitōez p̄ncipioꝝ ⁊ ↄclusionū sil' ⁊ sic ē sapia vl' p̄ncipioꝝ tm̄. ⁊ sic ē intellect⁹. vl' d̄t cognitōez ↄclusionū tm̄ et sic ē scia. Si sit practic⁹ h̄ ē dupl'r. vl' ē circa agibilia. ⁊ sic ē prudentia. que est recta rō rerum a nobis agibilium. vel est circa factibilia. et sic est ars. que est recta rō rerum a nobis factibilium. Et omnes isti habitus aliquo modo ↄtinent̄ sub arte general'r dicta. q̄ꝛ in quolibet est collectio plurium p̄ceptorum vel regularium ad vnū finē tendentiū. Et q̄

ptz ꝙ sub arte communiter accepta ꝯtinent septez artes liberales. qꝛ ille ꝯtinent sub scia que sunt grammatica logica rethorica musica arismetri-
ca geometria astronomia que cum suis actibus in his versibus continen
tur. Gra loqtur. dya vera docet. re verba colorat Mu canit. ar numerat.
geo ponderat. ast docet astra Et haꝝ tres pme dicunt triuiales quasi tri
bus vijs in vnū finem tendētes. scz in cognitōnem sermonis qꝛ grāmati-
ca ꝯsiderat de sermone congruo vł incōgruo. Logica vero de sermone ve
ro vł falso. Et rethorica de sermone ornato vł inornato Sz alie dicuntur
quadruuiales. quasi quattuor vijs in vnum finem tendentes. scz in co-
gnitōnem quātitatꝭ. qꝛ arismetrica est de quātitate discreta nō ꝯtracta. s.
de numero. Musica aūt est de quātitate discreta ꝯtracta ad sonum. Et
geometria est de quātitate ꝯtinua nō ꝯtracta. Et astronomia de quātita
te ꝯtinua ꝯtracta ad motum. Et dicunt iste artes liberales qꝛ libere of-
ferunt se nostro intellectui sine nimia difficultate. vł qꝛ dirigūt nos in ope
ratōem liberam. Et propter hoc physica ⁊ metaphysica qꝛ nō libere of-
ferunt se nostro intellectui nō dicunt liberales. Metaphysica em̄ est de
nimis eleuatis supra nostrū intellectū. Et physica de nimis impressis ma
terie sensibili. Sufficientia septem artium liberalium sic habet. qꝛ oīs ars
aut tractat de sermone aut de quātitate. Si de sermone hoc est tripłr. aut
est de sermone congruo vł incōgruo. ⁊ sic est grāmatica. aut est de sermo-
ne vero vel falso. ⁊ sic est logica. Uel de sermone ornato vł inornato ⁊ sic
est rethorica Si de quātitate hoc est dupłr. aut est de quātitate ꝯtinua vł
discreta. Si de quātitate ꝯtinua hoc est dupłr. aut est de quantitate ꝯti
nua nō ꝯtracta. aut ꝯtracta ad motum. si de nō ꝯtracta. sic est geometria
si ꝯtracta ad motum sic est astronomia. Si de quātitate discreta hoc est
dupłr. aut de quātitate incōtracta. aut de quātitate ꝯtracta ad sonum. si
pmum sic est arismetrica. si scdm sic est musica. ¶ Sciendum tertio ꝙ me
thodus accipitur dupłr. vno modo proprie ꝓut est breuis via ⁊ recta nos
cito ducens ad optatum terminum. Alio modo transumptiue ⁊ similitu-
dinarie. ⁊ sic est scientia cōpendiose tradita cito ducens in cognitōem sub
iecti. ⁊ hoc modo capitur in diffinitōne ista. Sed cuz dicitur ꝙ logica ha-
bet viam ad principia omnium methodorum. sensus est omnium scienti
arum. Et valet per hoc ad omnium methodorum pncipia. quia conside-
rat de argumētatōne per quam inquirimus de pncipijs omnium scientia
rum. ⁊ nulla alia scientia ab illa docet modum arguēdi probabiłr. Ideo
sola dyaletica probabiłr disputat de principijs aliarum scientiaꝝ ¶ Sci
endum quarto. ꝙ dyaletica accipit vno modo generałr pro tota logica.
Alio modo solum pro ista parte logice que traditur in libris thopicoruz.
hic autem diffinitur pro tota logica tamen sub nomine illius partis. qꝛ ra
tione illius toti cōuenit probabiliter disputare. Et per hoc patz expositio
diffinitōnis dyaletice. ¶ Contra predicta arguitur pmo sic. ars est de
factibilibus a nobis cum ars sit recta ratio rerum a nobis factibiliū Sed
logica nō est de factibilibus a nobis. ergo logica non est ars. Scdo sic.
Modus sciendi nō est scientia. sed logica est modus sciendi. ergo nō est
scientia. Tertio sic. ille genitiuus scientiarum importat excellentiam lo

Tractatus primus

gice vltra alias scientias cum omnis genitiuus pluralis numeri reflexus
supra noiatiuum singularem importat excellentiam. sed logica nō est excel
lentior alijs scientijs cum multe sunt digniores. vtputa scia de anima me
taphysica rc. ergo male dicitur q̄ logica sit scia scientiarum. Quarto
sic. logica est quedam methodus. ergo si doceat viam ad p̄ncipia omniuz
methodorum tunc etiam docebit viam ad sua p̄ncipia quod est inconue
niens. ergo male dicitur q̄ logica habet viam ad p̄ncipia omnium metho
dorum. Quinto sic p̄ncipia scientie sunt per se nota. ergo logica nō ha-
bet viam ad cognitōnem ipsorum p̄ncipiorum.

☞ Ad p̄mum dr̄ q̄ lz ars specialr̄ capta sit de tm̄ factibilib⁹ a nobis: tñ
ars generalr̄ accepta nō est de tm̄ factibilib⁹ a nobis r sic capit̄ hic. Ad
scdm̄ dr̄ q̄ logica accipit̄ dupl̄r. vno modo pro p̄fecta cognitōe argumēta
tionis que dr̄ logica docens. r sic est scia r nō modus sciendi Alio modo p̄
vsu argumentatōnis quo nos vtimur argumentatōe ipa in alijs sciētijs
q̄ quidem vsus dr̄ logica vtens. r sic logica est modus sciendi r nō sciētia
Ad tertiū dr̄ lz logica nō est excellētior oibus alijs scientijs in dignita
te r p̄fectōne. est tamen excellētior ceteris in vsu subiecti r in applicatione
eius ad acquirendum alias scientias Ad quartum dr̄ q̄ ratōne argu-
mentatōnis p̄ quam possumus inquirere de p̄ncipijs logice. logica valet
ad cognoscendum sua principia fm̄ q̄ argumētatio est instrumentū scien
di. Unde argumētatio in p̄ticulari ꝯsiderata est instrumentū acquirēdi
seipam ꝯsideratā fm̄ ratōem suam vl̄em vel p̄ncipia eius. Ad quintū
dicitur q̄ licz p̄ncipia sint per se nota fm̄ se tamen sunt ignota quo ad nos
Et argumētatio ex p̄te nostri valet ad cognitōem ipsorum p̄ncipiorum

Et ideo in acquisitōne scientiarū dyalētica debet eē prior
Dicitur aūt dyaletica a dya q̄d ē duo et logos sermo et lexis
ratio quasi duorū sermo vel ratio scz opponentis et responde̅
tis in disputatōne. Sed q̄r disputatio nō potest haberi nisi
mediante sermone nec sermo nisi mediante voce nec vox nisi
mediante sono. Omnis eīm vox est sonus. ideo a sono tanq̄
a priori inchoandum est.

Postq̄ autor posuit diffinitōem dyaletice. In qua diffinitōne osten-
ditur vtilitas r excellentia huius scientie. Hic consequenter ostendit de
quo r quo ordine sit in hac scientia p̄cedendum. Ratōe cuius infert vnuz
correlariū dicens q̄ dyaletica in acq̄sitōne scientiaꝝ debet esse p̄or. Cui⁹
ratio est q̄r p̄ncipia omnium scientiarum r ꝯclusiones acquirunt̄ per argu
mentatōnem. sed logica considerat de argumentatōne r docet modum
arguendi. ergo debet p̄us acquiri q̄ alie scie. Ideo in acq̄sitōe scientiarū
debet esse p̄or. ¶ Sciendum p̄mo q̄ vna scia potest dici p̄or alia dupl̄r.
Uno mō ordine nature r p̄fectōis r hoc mō scientie reales p̄cedunt logi-

Tractatus primus

cam. Et ratio est qꝛ ordine nature scientie ordinant᷑ sicut ⁊ sua subiecta. s[ed]
ens reale est prius ente ratõnis. ergo sciẽtie reales. vt physica ⁊ metaphysi
ca que sunt de ente reali p̄cedunt logicam que est de ente ratõis. Alio mõ
vna scientia dicitur p̄or alia ordine discipline ⁊ quo ad nos. Et hoc modo
intelligit᷑ ꝙ logica sit p̄or oĩbus alijs scientijs. Ideo notãter dicit ꝙ nõ sit
prior simpliciter. sed in acquisitõne omnium aliarum scientiarum. ¶ Sci
endum scd̃o ꝙ autor ponit interpretatõem huius nomis dyaletica quod
potest dupl'r deriuari. Uno modo d᷑ a dia scriptum per i nostruz quod ẽ
de. ⁊ logos sermo ⁊ ycos quod est sciẽtia. quasi scientia de sermone. Alio
modo dicitur a dya scriptum per y grecum quod est duo. ⁊ logos sermo
vel ratio ⁊ ycos scientia. quasi scientia duorum. scz opponẽtis ⁊ respondẽ
tis in disputatõne. Et licet idem possit arguere ⁊ respondere ⁊ facere dis
putatõnem. tamẽ hoc nõ est nisi inquãtum tenet vices ⁊ officia duorum.
Ex quo patet. ꝙ hic nõ capitur dicitur vt tantum valet sicut profert᷑ vel
p̄dicatur. sed vt tantum valet sicut deriuatur. ¶ Sciẽdũ tertio ꝙ in isto
libro inchoandum est a sono tanꝙ̃ a p̄ori ⁊ cõmuniori. Cuius ratio est qꝛ
logica considerat de argumentatõne tanꝙ̃ de proprio ⁊ adequato subie
cto eius vt dictum est prius ⁊ de disputatõne que fit mediante argumen
tatõne. sed argumentatio nõ potest fieri nisi mediante sermone nec sermo
nisi mediante voce. nec vox nisi mediante sono. ⁊ quia sonus est commu-
nior omnibus istis. ergo a sono tanꝙ̃ a priori inchoandum est. ¶ Scien
dum quarto. ꝙ disputatio potest fieri multis modis. Primo modo men
taliter quando scz aliquis per seipsum disputat. ⁊ talis disputatio potest
fieri sine vocibus ⁊ sermone. Alia est disputatio vocalis. que repetitur in
ter opponentem ⁊ respondentem. que quidem proprie est disputatio. Et
illa non potest fieri. nisi mediante sermone. ⁊ voce. Et de illa solum hic in
telligitur cum dicitur ꝙ disputatio non fit nisi mediante sermone ⁊ voce.
Et sic habetur ordo istius scientie ad alias scientias ⁊ interpretatio dya-
letice. ⁊ de quo sit hic determinandum. ⁊ a quo incipiendum sit. ¶ Con-
tra predicta arguitur primo sic. Grammatica debet prius acquiri ꝙ̃ lo-
gica. cum logica presupponat significata terminorum ⁊ modum congrue
loquendi que habẽtur per grammaticam. ergo grammatica est prior logi
ca in acquisitõne. Secundo sic. plures medici acquisierunt scientiam
medicine ante inuentõnem logice. vt ipocras ⁊ multi alij qui nõ habue-
runt logicam. ergo nõ est prior in acquisitõne omnium aliarum scientiaꝝ.
Tertio sic. omnis sonus ⁊ vox ab ore animalis eque cito p̄ferunt᷑. ergo
sonus nõ precedit vocem nec vox fit mediante sono. Quarto sic. Idez
nõ debet considerari in diuersis scientijs. sed sonus consideratur in phy-
sica. ergo nõ debet considerari in logica. Quinto sic. Qualitas est com
munior ꝙ̃ sonus cum sit gen⁹ ipsi⁹. ergo incipiendũ ẽ a qualitate ꝙ̃ a sono
☞ Ad p̄mum dicit᷑ ꝙ duplex est grammatica. scz grammatica positi-
ua ⁊ regularis siue ꝓbatiua. Unde positiua dat cognitõem terminorum
solũ. ⁊ talis grãmatica bene p̄cedit logicam ⁊ talis nõ est scia. sed ẽ quedã
cognitio impfecta. Sed grãmatica regularis ẽ cognitio ꝓpter q̇d scz p causas ⁊ p̄ncipia. Et talis ẽ scia. ⁊ nõ potest pfecte acq̇ri nisi p argumẽtatõez

Ad secundū dr̄ q̄ tales medici acquisiuerunt medicinā imperfecte per quādā argumentationē naturaliter factam et per cognitionem nostri intellectus qui est naturaliter discursiuus non tamen acquisiuerūt eam perfecte ꝛ per argumentatōnem artificiose factam q꞉ non habuerūt arteʒ arguendi ꝛ inde fuit q̄ sepe ceciderunt in errores. Ad tertium dicitur licet sonus nō precedat vocem ꝫm tempus tamen bene precedit ꝫm naturam. ꝛ in ratione pͥncipij formalis. ꝛ ideo vox fit mediante sono in genere cause formalis ꝛ nō efficientis Ad quartum dicit᷑ q̄ idem sub diuersis rationibꝫ potest in diuersis scientijs considerari. licet non sub eadem ratione Modo sonus in phisica consideratur. vt est passio rei naturalis ꝛ in ista scientia consideratur vt est signū conceptus mentis. Ideo sub diuersis rationibus hic ꝛ ibi considerat᷑ Ad quintum dicitur q̄ qualitas est communior sono ꝫm predicatōem non tn̄ vt est signū conceptus mentis. quia non est signū nisi vt est in sono. ꝛ sub illa rōne sonus hic ꝯsideratur

Sonus est quicquid proprie ab auditu percipitur. Dico autem proprie licet homo vel campana audiatur hoc non est nisi per sonum eius Sonorum alius vox alius non vox. Sonus vox idem est q̄ ipsa vox

Postq̄ autor posuit prohemiū suum. hic consequenter aggredit᷑ suum tractatum. ꝛ quia in isto tractatu cuius subiectum est enūciatio. Primo determinat de noīe ꝛ verbo eo q̄ sunt ptes enūciationis ꝛ in eorū diffinitionibus ponit᷑ vox cuius sonus est genus. Ideo autor prius determinat de sono ipsum sic diffiniens. Sonus est quicquid proprie ꝛ per se ab auditu percipit᷑ ¶ Sciendum primo. q̄ sensibile in communi dicitur qd̄ aptum natum est sentiri Et diuiditur in sensibile per se ꝛ in sensibile per accidēs Sensibile per se est quod per se immutat sensum non rōne alterius sibi accidentis sicut color per se nō ratione sui subiecti imutat visum ꝛ sapor gustum. Sed sensibile per accidens est quod non ratione sui sed ratione accidentis eius immutat sensum sicut campana immutat auditum non ratione sui sed ratione soni qui est sibi accidens ¶ Sciendum secundo. q̄ sensibile per se iterum diuiditur in sensibile cōmune et ꝓprium. Sensibile commune est quod a pluribꝫ sensibus percipitur. vt sunt ista quinqꝫ sensibilia. magnitudo. numerus. figura. motus et quies. que dicuntur cōmunia nō quia ab omnibꝫ pcipiantur sensibꝫ sed quia quodlibet eorum a pluribus sensibus percipitur. Sed sensibile proprium est quod ab vnico sensu particulari percipitur sicut color est proprium sensibile visus et sonus obiectū auditus. et odor obiectum olfactus. et sapor obiectuʒ gustus ꝛ qualitates tangibiles scʒ calidum frigidum. humidum ꝛ siccum sunt propria obiecta tactus ¶ Sciendū tertio q̄ sensibile in cōmuni vt patet ex predictis est genus soni. Et illud datur intelligi in sua diffinitione. cū dicit᷑ quicq̄d percipitur. i. perceptibile vel sensibile. q꞉ percipitur in illa definitione dicit ap-

titudinem & non actum. Et sic illa prima pars definitionis soni ponitur loco generis. Deinde ponitur per se ad differentiam sensibilium per accidens. qz vt dictum est. sonus est sensibile per se. Et ponitur proprie ad differentiam sensibilium cōmuniū. quia sonus est proprium sensibile auditus. Et subiūgitur ab auditu ad differentiam sensibilium propriorū aliorum sensuum. Et sic intellectus diffinitionis est ꝙ sonus est sensibile per se & proprium auditus. Et melius sic diffinitur per suum genus propinquū qđ est sensibile ꝙ per suum genus remotū quod est qualitas sensibilis vt ipm diffinit Buridanus Et posset etiam hec diffinitio probari. qz sibi cōueniūt conditiones bone diffinitionis. ideo est sufficiens. ¶ Sciendum quarto. ꝙ tres sunt conditiones bone diffinitōnis. Prima est. ꝙ diffinitio debet conuenire omni contento sub diffinito. Secūda est ꝙ conueniat soli diffinito. Et ratio earum conditionū est. qz diffinitio componitur ex genere & propria differentia. sed illa differentia cōuenit omni contento sub diffinito & soli diffinito & conuertitur cum ipo. Ideo diffinitio debet cōuenire omni & soli. Tertia conditio ꝙ diffinitio debet sufficienter explicare naturam diffiniti & facere ipm differre a quolibet alio. Ratio huius est. quia natura rei sufficienter explicat per genus et differentiam que dicunt potētium primam & vltimum actum nature rei. diffinitio autem fit ex genere et differentia. Et ratione proprie differentie. facit diffinitū differre a quolibet alio. Iste autem tres conditiones conueniunt diffinitioni soni. vt probaret inductiue. ideo est sufficiens Contra predicta arguitur primo sic. Omnis propositio est falsa in qua predicat vniuersale vniuersaliter sumptum. s3 sic est in ista diffinitione sonus est quicquid percipitur. Nam quicquid est signū distributiuū includens naturā distributionis sue. ergo diffinitio est insufficiens. Secūdo sic. Audibile non est de essentia soni sed accidens eius. ergo male ponitur in diffinitiōe eius. Tertio sic. Omnis motus est sensibile commune. vt patet ex predictis sed sonus est quidam motus. cum sit motus aeris fracti. vt habetur secūdo de anima. ergo sonus est sensibile cōmune. & per ꝯsequens male ponitur in diffinitione eius proprie. Quarto sic. Nullum obiectum potentie passiue debet diffiniri per suam potentiam. cuius est obiectum cum ipm sit prius & notius sua potētia. sed sonus est obiectum auditus que est potentia passiua. ergo male dicitur in diffinitione eius ab auditu Quinto. Silentium pcipitur propter per se ab auditu. qz non percipitur ab eo per aliquod accidens eius. nec etiam percipitur ab alijs sensibus ꝙ ab auditu. et per ꝯsequens diffinitio soni conuenit sibi & cum silentium sit aliud a diffinito ipsa diffinitio cōuenit alijs quod est cōtra vnam conditionem diffinitionis supra positam

Ad primum dicitur. ꝙ quicquid est signū distributiuum sed tamē in hac definitione nō tenetur distributiue sed indiffinite. et vt patet ratione & scḋm ꝙ habitum est per primam particulam in qua dicitur quicquid percipitur. id est aliquod perceptibile siue sensibile & sic apparet ꝙ ibi non predicatur vniuersale vniuersaliter sumptum Ad secundum dicitur. ꝙ licet audibile vel audibilitas sit accidens proprium ipsius soni. ideo per se dicitur de sono. nō tn̄ est accidens cōe qđ ꝯtingit adesse vel abesse. ideo bene ponitur

omnis apostata ut [illegible] sue legis [illegible]

talis corporis Ad quintum dicit᷑. q̄ licet in tussi nō sit ꝑcussio duoꝝ cor-porum inanimatorum ſm substantiam tamē bene quo ad moduȝ operā-di. quia ibi nō fit aliqua formatio vocis ſm cognitōnem virtutis anime

Vocū alia significatiua alia nō significatiua. Vox signi-ficatiua est que auditui nostro aliq̄d repſentat. vt homo equ⁹ Vox non significatiua est que auditui nostro nihil represen-tat. vt bu ba baf.

Postq̄ȝ autor posuit diffinitōnem soni. ⁊ diuisionē eius ⁊ diffinitōnes membroꝝ eius. Hic consequenter subdiuidit illud membrum de quo si-bi est ad ꝓpositum. scȝ sonum vocem aliud membrum relinquens. quia suo proposito nō deseruit ⁊ diuiditur ꝑ vocem significatiuam ⁊ voceȝ nō significatiuam. Cuius ratio est. quia omnis vox obijcit se auditui. vel er-go representat aliquid auditui taq̄ȝ signum alterius vl' solum representat seipām ⁊ nō vt signum alterius significati. Si primum sic est vox signifi-catiua. Si scōm sic est vox nō significatiua. ⁊ nō est ista diuisio generis in suas species sed subiecti in sua accidētia. quia accidit voci q̄ capiatur ſm se vel vt signum alteri⁹ significati nec ille sunt essentiales nec formales dif-ferentie vocis sed accidentales. ¶ Sciendum primo q̄ vox significatiua est illa que auditui aliquid representat ⁊ intelligitur q̄ representat aliquid tanq̄ȝ significatum eius cuius est signum. Signum aūt vt dicit Tullius est quod offert se auditui aliquid relinquens intellectui quod fit hoc mo-do quia vox ordinatur ad significandum ⁊ cum sit quidam sonus primo se obijcit auditui ⁊ ꝑ auditum species vl' similitudo illius vocis representa-tur intellectui per quā speciē intellectus cognoscens impositōnem vocis ad significandum cognoscit ⁊ accipit significatū talis vocis ⁊ sic mediāte auditu representat intellectui suum significatum. ¶ Sciendum scdo. q̄ vox significatiua duo includit. Primum est materiale quod est ipsa vox. Scōm est formale quod est ipsa virtus significandi ⁊ representandi actu-aliter suum significatum que virtus sibi conuenit per institutōnem ⁊ or-dinatōnem ad significandum. Per hoc em̄ quod ipsa imponitur ad ali-quid significandum ⁊ efficit᷑ signum eius accipit virtutem representandi formaliter illud significatum. Et hec virtus vocatur quādoq̄ȝ significa-tio habitualis quia habetur ab ipa voce tanq̄ȝ forma a materia ⁊ quādo-q̄ȝ ratio significandi. quia est ratio ⁊ causa propter quā vox ē significatiua Et datur ipi voci quandoq̄ȝ per impositōnem primi imponentis qui or-dinat vocem ad vnum significatum ⁊ nō aliud. quandoq̄ȝ prouenit per or-dinatōnem que fit ab instinctu nature que inclinat animalia ad forman-dum voces suas effectus representantes Ex quo patet q̄ ad vocem signi-ficatiuam primo requiritur q̄ habeat significatum aliud a se voce cuius ipsa sit signum. Secundo requiritur q̄ habeat ordinatōem ad tale signi-ficatum vel ſm placitum imponentis vel ſm instinctum nature. ¶ Scien-dum tertio. q̄ licȝ quinq̄ȝ sint obiecta sensuuȝ particularium sicut superi⁹

visum est tamen vox magis conueniens est ad significandum conceptus
et affectus anime q̃z obiecta aliorum sensuum. Cui⁹ ratio est quia voces
sunt in potestate nostra ⁊ possumus eas formare dum volumus ⁊ varia-
re ipsas ꝺm multas ratõnes ⁊ differentias. nõ autem possumus formare
ꝺm placitum nostrum obiecta aliorum sensuum vtputa colores sapores.
⁊c. Ideo vox est magis conueniens ad significandum conceptus anime
et ad hoc ꝙ fiat significatiua q̃z cetera sensitiua. ¶ Sciendum quarto ꝙ
vox non significatiua est que auditui nihil representat quod intelligitur ꝙ
nihil representat preter seipam per modum signi. licz em̃ representet seipaz
per modum signi. non tamen representat seipam per modum rei. sicut bu
ba que voces nihil representant. Si tamen iste voces proferãtur indignã-
ter cum austeritate vocis possunt designare derisionem vel aliquem affe-
ctum mentis ⁊ sic essent interiectõnes sed quando proferuntur sine specia-
li signo seu gestu corporali vel modo proferendi sic sunt non significatiue.
et per hoc patent diuisiones vocis ⁊ diffinitõnes membrorum eius.

¶ Contra predicta arguitur primo sic In bona diuisione diuidentia nõ
debent excedere diuisum sed significatiuuz excedit vocem cum multa sint
significatiua que non sunt voces sicut est circulus ante tabernam pendẽs
ergo ista diuisio non valet. Secundo sic. Omnis vox fit cum intentõne
significandi vt patet per diffinitõnem vocis datam a Philosopho. ergo
omnis vox est significatiua. Tertio sic. Vox nõ obijcit se intellectui sed
tantum auditui. sed auditus non comprehendit significatum vocis. ergo
vox significatiua non representat alteri suum significatum. Quarto sic
Omnis vox representat id cuius est vox. ergo male dicitur ꝙ vox nõ signi-
ficatiua nihil auditui representat. Quinto sic Omne subiectum propo-
sitõnis est nomen ⁊ per consequens est vox significatiua. sed bu ⁊ ba sunt
bene subiecta propositõnis vt dicendo bu est vna vox vel sonus. ergo ta-
les voces sunt nomina. ⁊ per consequens sunt voces significatiue.

☞ Ad primum dicitur ꝙ significatiuum in cõmuni bene excedit vocẽ
nec est membrum huius diuisionis. sed significatiuum vt est adiectiuum
vocis ⁊ tantum valet sicut vox significatiua nõ excedit vocem ⁊ hoc mo-
do ponitur membrum huius diuisionis. Ad secundum dicitur ꝙ illa
diffinitio vocis que ponitur in scdo de anima. principaliter conuenit voci-
bus significatiuis ⁊ ꝑ analogiam vocibus non significatiuis. Unde non
oportet ꝙ diffinitio analogi pro qualibet sui parte conueniat cuilibet mẽ-
brorum diffinitõnis sed sufficit ꝙ complete cõueniat primo ⁊ ꝺm aliquas
partes conueniat alijs. Ad tertium dicitur. ꝙ licz vox significatiua nõ
primo ⁊ per se obijciat se intellectui. tamen bene se sibi obijcit ex consequẽ-
ti mediante auditu. quia per auditum representat suam similitudinem ⁊
ex consequenti representat suum significatum intellectui. Ad quartũ
dicitur. ꝙ licet quelibet vox representet aliquid sicut effectus suam causaz
efficientem. Non tamen sicut signum suum signatum ad quod imponi-
tur ad significandum de qua representatõne solum est hic ad ꝓpositum.
Ad quintum dicitur. ꝙ bu vel ba ꝺm se non possunt esse subiectum ꝓ-
positõnis cum non habeant significatum. sed si capiantur ab intellectu lo

to vnius vocis imposite ad significandum talem vocem imperfectam ex defectu alterius signi sunt subiectum propositõis. ꝛ sunt nomina in tali propositõne sicut currit potest esse nomen in hac propositõe currit est verbum ꝛ tenetur materialiter pro seipso.

Vocum significatiuarum alia ad placitum alia naturaliter. Vox significatiua naturaliter est que apud omnes homines idem representat. vt gemitus infirmorum latratus canum. Vox significatiua ad placitum est que ad voluntatem primi instituentis aliquid representat. vt homo.

Postq̃ autor posuit diuisionem vocis in cõmuni ꝛ diffinitõnes partium eius. Hic consequenter subdiuidit vocem significatiuam dicens Vocum significatiuarum quedam est significatiua naturaliter ꝛ quedam ad placitum. Cuius ratio est. quia omnis vox significatiua habet impositionem ꝛ ordinatõnem ad suum significatum. vł ergo talis ordinatio fit ₛm instinctum nature. ꝛ sic est vox significatiua naturaliter. vel ₛm placitum impositoris ꝛ sic est significatiua ad placitum. ¶ Sciendum primo ꝙ vox significatiua naturaliter est illa que apud omnes homines idem representat vt gemitus infirmorum. Et ratio huius est. quia ipsa vox significatiua naturaliter ordinatur ad significandum vel ad representandum suum significatũ per instinctũ nature que inclinat animal ad formãdũ talẽ vocẽ ĩpfectã ad exp̃mẽdũ suas affectões vtputa ad exp̃mẽdũ irã vł gaudiũ famẽ vel sitim et sic de alijs passionibꝫ. Et qꝛ natura ẽ eadẽ apud oẽs. ꝛ eodem mõ inclinat animalia ad exprimendum suas passiones Ideo vox significatiua naturaliter idem significat apud omnes. Sed vox significatiua ad placitum nõ idem significat apud omnes. sed solum apud illos qui cognoscunt impositõnem eius ad significandum. ¶ Sciendum scdo ꝙ vox significatiua naturaliter ꝛ ad placitum quadrupliciter differunt. Primo in prolatõe quia vox significatiua naturaliter nõ perfecte formatur neqꝫ profertur propter impedimentum passionis que impedit hominem ad debite proferendum. sed significatiua ad placitum est pfecte formata ꝛ plata. Scdo differũt ex pte modi significandi. qꝛ vox ſcatiua naturaliter apud omnes hoies idẽ repñsentat. Alia vero nõ ſꝫ solũ apud illos q̃ cognoscũt impositõem eius. Tertio differũt ex pte significati qꝛ vox ſcatiua naturał'r significat affectões. passiones. appetitus naturał'r Alia vero significat conceptus intellectus. Quarto differunt ex parte cause sue ordinatõnis ad significandum. quia vox significatiua naturaliter ordĩnatur ad significandum ab instinctu nature. Alia vero ordinat̃ ₛm placitum imponentis. ¶ Sciendum tertio. ꝙ vox significatiua ad placitum ẽ illa que ad placitum primi instituentis aliquid significat vel representat Unde differunt sic placitum ꝛ volũtas. Unde voluntas est potentia volitiua vel actus eius q̃ incipit ab intra ꝛ terminat̃ ad extra scꝫ in obiectum

Sed econtra placitum nominat actum voluntatis qui incipit ab extra ꝛ
terminatur ad intra. Incipit em̄ a re cognita ꝛ terminatur ad voluntateꝫ
et quia vox significatiua ad placitum imponitur ad significandum rem.
que concipitur ab anima ꝛ illa cognitio venit a re ad extra. Ideo magis
proprie dicitur significare ad placitum ꝙ̄ ad voluntatem. ¶ Sciendum
quarto. ꝙ cum res representatur intellectui mediante sensu. ipsa generat
suam similitudinem in anima. ꝛ per illam similitudinem anima format in
tra se ꝯceptum rei quem postea velit exprimere propter quod imponitur
vox significatiua ad significā dum talem conceptum ꝛ mediante ipso rem
conceptam. Ideo apud proferentem. vox primo significat conceptum. liceꝫ
apud audientem primo representet rem conceptam. nec proprie significat
conceptum tantum. sed rem sub conceptu. vnde ista quattuor scꝫ res. con
ceptus rei. voces. ꝛ scripture sic se habent per ordinem quia conceptus si-
gnificat res a quibus causatur in anima. Et voces immediate significant
conceptus. Et scripture significant voces que sunt signa tantum Nec vl
terius signatur per aliud. Ex ipsis patet diuisio ipsius vocis significati-
ue ꝛ diffinitiōnes membrorum eius vt superius sufficienter declaratum
est circa diuisionem vocis significatiue naturaliter ꝛ ad placitum ꝛ cetera
¶ Contra predicta arguitur primo sic. Sicut se habent concept⁹ ad res
ita voces ad conceptus. Sed conceptus naturaliter significant res. ergo
voces naturaliter significant conceptus ꝛ per consequēs nec sunt signifi-
catiue ad placitum. Secundo sic. Omne signum habet similitudinem
signati sed omnis vox significatiua est signum rei. ergo habet similitudinē
rei. ꝛ per consequens nulle sunt significatiue ad placitum Tertio sic. illā
vox significat naturaliter que de sua natura representat significatum suuꝫ
sed gemitus infirmorum de sui natura non representat suum significatuꝫ
quia si proferatur ab homine sano talis vox nō significabit dolorem. ergo
talis non significat naturaliter. Quarto sic. quilibet cognoscens impo
sitōnem vocis significatiue ad placitū cognoscit suum significatū. sed oēs
pn̄t cognoscere talē ipositōeꝫ sicut oēs pn̄t cognoscere ipositōeꝫ hui⁹ vo-
cis hō. g talis vox idē representat apud oēs. Quinto sic. illud qđ fit ad
placitum est variabile in infinitum. ergo si vox significaret ad placituꝫ sua
significatio erit variabilis in infinitum. ꝛ per consequens nulla est certa
cognitio de significatōne vocis significatiue. quod est inconueniens. ergo
ipsa nō significat ad placitum vel ad voluntatem primi instituentis.
☞ Ad primum dicitur ꝙ licet in illis sit hoc simile ꝙ voces significant
conceptus ꝛ conceptus rēs. Est tamen dissimile in hoc quia concept⁹ est
essentialis similitudo causata a re ipsa naturaliter. ideo significat eam natu
raliter. sed vox non causatur naturaliter a conceptu. sed a voluntate cōci-
pientis. ideo non significat eam naturaliter. Ad secundum dicitur ꝙ si-
gnum causatum a natura semper habet similitudinem sui signati. sed nō
oportet de signo causato a voluntate sicut circulus taberne non habet in
se similitudinem vini. Ad tertium dicitur. ꝙ si gemitus eodem modo
formetur ab homine sano ꝛ infirmo tunc representat dolorem. sed si non
habeat eandem formam prolationis in gestu corporali tunc nō repꝛsentat

idem nec est eadem vox nisi materialiter tantum. Ad quartum dicit. ꝙ si omnes cognoscerent impositionē huius vocis homo tunc sīcaret idē apud omnes. sed nō sine causa impositōnis sue ⁊ illa in ipo non est eadem apud omnes. et sic non est inclinatio naturalis qua vox significet naturalr. Ad quintum dicitur ꝙ illud quod fit ad placitum cuiuslibet variatur in infinitū. nō tamen illud qđ fit determinate ad placitum vnius sicut est vox significatiua. q̄ sīcat solum ad placitum p̄mi instituentis.

Uocum significatiuarum ad placitum. alia complexa vt oratio. alia incomplexa vt nomen et verbum

Postq̄ autor posuit diuisionē vocis significatiue ⁊ diffinitiones membroꝝ eius. Hic ꝯsequēter diuidit vocē sīcatiuā ad placitū p̄ ꝯplexā ⁊ incōplexam. Cuius ratio est. q2 om̄is vox significatiua ad placitum vel cōtinet plures voces sīcatiuas. vel vnā tantum. Si p̄mū sic est vox sīcatiua cōplexa. si scđm sic est vox sīcatiua incōplexa ¶ Sciendum p̄mo ꝙ quelibes res dupliciter concipitur. Uno modo sm̄ se. et tunc fit conceptus simplex ⁊ incōplexus. vt cū sortes sm̄ se ⁊ non sm̄ habitudinem ad aliud apprehenditur. Alio modo aliquid concipit sm̄ comparatōem vel habitudinem ad aliud. vt cum sortes sub albedine vel animali concipitur. ⁊ tunc fit conceptus cōplexus. ideo est duplex conceptus rei. s. cōplexus ⁊ incomplexus. Et q2 vox significatiua ad placitum sīcat conceptum anime ideo aliqua est cōplexa sīcans conceptum complexum sicut oratio. Alia est incōplexa sīcans conceptum incōplexum. vt nomen vel verbum ¶ Sciendū secundo. ꝙ vox complexa est illa in qua vniuntur plures voces sīcatiue ad placitum ⁊ representant conceptum complexum vt oratio. ⁊ ideo ad pfectam rōnem vocis complexe tria req̄runtur Primū est ꝙ ibi sunt plures voces sīcatiue incōplexe ⁊ ille voces se habeant tanq̄ materiale vocis cōplexe Secundū est ꝙ ille voces habeant complexionē ⁊ vnionē inter se. ita ꝙ vna habeat se vt determinatio. et alia se habeat vt determinabile. ppter qđ ibi non est vox complexa homo asinus quia licet ibi sint plures voces sīcatiue. non tamen habēt cōplexionem inter se cum ibi non sit vnio determinatiōis et determinabilis. ⁊ hoc dicitur esse formale in voce cōplexa Tertio requiritur ꝙ talis vox sīcet conceptum complexū. sed illud est minus principale in voce complexa q̄uis tamen requiratur ex pte cause finalis ¶ Sciendū tertio ꝙ vox incōplexa est illa que continet vnam solam vocem sīcatiuam. vt homo vel asinus. et representat conceptum incōplexum. ⁊ ad talem vocem non sufficit ꝙ habet sīcatum incōplexum. sed magis requiritur ꝙ sit tm̄ vox vna sīcatiua. et ideo licet diffinitio habeat tm̄ vnum sīcatum remotum qđ est diffinitum quod est incomplexum q2 tamen continet plures voces sīcatiuas distinctoꝝ conceptuum ꝓpinquorum. scz generis ⁊ differentie ipsa est vox complexa.
¶ Sciendum quarto ꝙ ad vocem incōplexam non requiritur ꝙ habeat vnum sīcatum tm̄. sed sufficit ꝙ sit actualiter dictio vna. scz q̄tum ad vocem ⁊ modum proferendi. ideo omne nomen equiuocū sicut canis ē vox

incōplexa. quia licet habeat plura ſcata. est tamen vox actualiter vna non continens plures voces significatiuas. nec requirit ad vocem incōplexam ꝙ non sit composita ex pluribꝰ vocibus. sed sufficit ꝙ ille voces si sint plures non sint significatiue in toto. ideo nomen composite figure cum ꝑtes eius non sint significatiue in toto est vox incōplexa. ideo non idem est complexio ſm logicum ⁊ compositio ſm grammaticum. ⁊ per hoc patet diuisio vocis significatiue ad placitum ⁊ diffinitiones membrorum eius

☞ Contra predicta aeguitur primo sic. Omnis vox incōplexa est ꝑs vocis complexe ⁊ in ipsa ↄtinetur. ergo vnum membrū huius diuisionis continetur in alio. ⁊ per ↄsequens membra non sunt opposita. ⁊ sic diuisio est insufficiens ¶ Secundo sic. omīs conceptus est incōplexus. sꝫ omnis vox significat conceptum. ergo omnis vox est incōplexa. ⁊ sic diuisio est insufficiens. Maior probatur. quia intellectus non potest simul plura intelligere. sed vnum tm̄. ergo omīs conceptus est incōplexus Tertio sic. oratio est tm̄ vna vox ſcatiua. ⁊ non cōtinet plures voces cū sit vnum nomē ergo male dicit ꝙ quedā est vox cōplexa vt oratio Quarto sic. oē complectens vocem ⁊ ſcatum est complexum. sed omnis vox significatiua cōplectitur vocem et ſcatum. ergo omnis vox est complexa. et ꝑ consequens nulla incōplexa. Quinto sic. omnis vox componit ex litteris ⁊ syllabis sicut ex elementis. ergo quelibet vox est cōplexa. ⁊ sic male dicitur ꝙ quedam est incōplexa. vt nomē et verbū. Ad primū dicitur ꝙ licet vox incōplexa ↄtineatur materialiter in voce complexa. nō tamen formaliter tanꝙ ꝑtinens ad formā vocis complexe cū ipsa se habeat per modum materie ⁊ non forme respectu totius vocis complexe Ad secūdum dicitur ꝙ licet intellectus non possit simul plura intelligere habētia se per modū plurium. tamen potest simul plura intelligere per modum vnius. quia plura simplicia sunt sub vna compositione vel voce complexa Ad tertiū dicit ꝙ si sumatur oratio pro illa voce vel intentione. tunc est vox incōplexa. sed si sumatur pro re subiecta intentioni siue pro significato illius vocis vt hic sumitur tunc est vox complexa Ad quartum dicitur ꝙ si capiat cōplexum generaliter ꝓ quacūꝙ complexione reali vel rationis. tūc conceditur ꝙ omne cōplectens vocem ⁊ significatum est qōdam cōplexum. Sed si capiatur specialiter ꝓ vnione plurium vocū ſcatiuarū. vt hic sumitur. sic maior est falsa Ad quintum dicitur. ꝙ licet vox significatiua cōponatur ex litteris et syllabis tanꝙ ex elementis. qꝛ tamē non sunt significatiue. ideo non oportet ꝓpter hoc ꝙ vox debeat dici complexa.

Nomen est vox significatiua ad placitum sine tempore cuius nulla pars separata aliquid significat finita et recta Vox ponitur in diffinitione nominis pro genere. Significatiua ponitur ad differentiam vocis nō ſcatiue Ad placitū ponitur ad differētiā vocis ſcatis

Tractatus primus

naturaliter Sine tempore ponit᷑ ad differentiaȝ verbi quod significat cum tempore Cuius nulla pars sep̄ate aliquid significat ponitur ad differentiam oratõnis cuius p̄tes sep̄ate aliquid significãt. Finita ponitur ad differentiam nominis infiniti. vt nõhomo quod non est nomen ꝑm dyalecticum sed nomen infinitum. Recta ponitur ad differentiam nominum obliquorum. vt cathonis ni. que non sunt nomina ꝑm dialecticum sed nomina obliqua. Unde solus ntũs siue rectus dicitur esse nomen ꝑm dyalecticum

Postq̄ȝ autor determinauit de sono ⁊ de voce q̄ sunt p̄ncipia materialia ptiũ orõnis. hic ꝯñr determinat de p̄tibꝫ orõnis scȝ de noīe ⁊ ꝟbo priusq̄ȝ de tota orõne. qꝛ p̄tes ex q̄bꝫ fit aliq̄d totũ natura p̄cedũt ip̄m totum Et qꝛ nomen ꝟcat substantiam a qua egredit᷑ actus verbi. verbũ vero significat actum egredientē a substantia. ideo prius determinat de nomine q̄ȝ de verbo ip̄m sic diffiniens. vt patet in textu. Nomen est vox significatiua ⁊c̄ Pro cuius diffinitionis intellectu ¶ Sciendum primo. ꝙ in hac diffinitione ponitur vox loco generis. quia vox habet modũ generis respectu vocis significatiue ⁊ non ꝟcatiue et totũ residuũ ponit᷑ loco dr̄e. scȝ ꝟcatiua ad dr̄am vocis non significãtiue. Et ad placituȝ ad dr̄am vocis naturaliter significãtis. Nomen enim ip̄m consideratum materialiter quantum ad ip̄am vocem ꝑm placitum imponit᷑ ad significandũ. Sed tamē si cõsideretur formaliter sub ratione signi de necessitate est significatiuum quia de ratione signi necessitate est esse ꝟcatiuum. quia hoc deest ratione signi.

¶ Sciendum secundo. ꝙ nomē significat per modum substantie et ꝑmanentis ⁊ non per moduȝ fluxus et fieri. et quia tempus est mensura fluxus ⁊ motus. ideo nomen ꝟcat sine tempore. quod ponitur hic ad differētiam verbi quod ꝟcat cum tempore quod ponitur hic ad differentiã verbi qd̄ significat cũ tempore. Et licet multa nomina. vt annus dies mēsis significant tempus non tamen significant cũ tempore. vnde tempus significare est de suo principali ꝟcato importare tempus. Sed significare cũ tempore est cum suo principali significato importare aliquam differentiã temporis scȝ. presens preteritum vel futurum. ⁊ hoc nulli nomini conuenit in quo differt a verbo. Deinde ponitur cuius nulla pars ⁊c̄. ad differentiam orationis cuius partes sunt significatiue. Et ponitur finita ad differentiam nominũ infinitorum. Et ponitur recta ad differentiam obliquorum ¶ Sciendum tertio ꝙ ꝑm logicum. illud solum dicitur nomē qd̄ potest esse subiectũ enũciationis. de quo p̄t aliquid vere vel false enũciari. Et qꝛ nomen infinitum non potest esse subiectum enunciationis. qꝛ non st

gnificat aliquod determinatum de quo possit aliquid enūciari Similiter nomen obliquum non ẜcat per modum substantie absolute sed per modum dependentis. ideo non potest esse suppositum verbi. ideo nomina infinita ⁊ obliqua non sunt nomina apud logicum. Item nomen est vox primo ⁊ per se significatiua. sed nomen infinitum non est primo ⁊ per se significatiuum sed solum ratione nominis finiti. cui adiungitur negatio infinitans. Et nomen obliquum solum significat ex consequenti ratione recti, a quo descendit. ideo nomina infinita ⁊ obliqua apud logicum non sunt nomina. ¶ Sciendum quarto. ꝙ nomen infinitum est cuius priuata est qualitas determinata substantia remanente infinita. vt nonhomo non equus. In nomine enim est substantia que finitur per qualitatem et est qualitas determinans substantiam. ⁊ negatio adueniens nomini per compositionem tollit illam qualitatem ⁊ compositionem eius cum substantia relinquens substantiam indeterminatam. et sic reddit nomen infinitum. Sed ad hoc ꝙ nomen infinitetur due requiruntur conditiones. Prima est ꝙ habeat qualitatem determinatam. defectu cuius nomina transcendentia vt res verum bonum ⁊ ens captum in cōmuni ⁊ nomina infinita vt quis aliquis. Et signa distributiua. vt omnis quilibet non possunt infinitari quia non habent qualitatem ⁊ substantiam determinatam. Secunda est ꝙ tale nomen non sit negatiuum sed habeat qualitatem positiuam defectu cuius hec nomina nemo nihil ⁊ similia non possunt infinitari. ex quibus patet intellectus diffinitionis. Contra predicta arguitur primo sic. nulla materia predicatur de toto composito cum non dicat totū eius esse. sed vox est materia nominis. ergo male dicitur ꝙ nomen est vox.

¶ Secundo sic. fluxus et fieri mensurantur tempore. sed motus importat fluxum et fieri ⁊ multa alia similia. ergo motus quod est nomen significat cum tempore ¶ Tertio sic. partes nominis compositi aliquid significant sicut partes huius nominis equiferus et tamē est nomen. ergo male ponitur cuius ptes nihil significant Quarto sic. nomen infinitum potest esse subiectum propositionis. vt dicendo nonhomo currit. et similiter nomen obliquum. vt dicendo regis interest. ergo ipsa sunt nomina ẜm logicum ¶ Quinto sic. aliquis est nomen infinitum ⁊ alter ⁊ reliquus. et tamen in ipso non est priuata qualitas determīata quia nunꝙ habuerūt eam. ergo ꝯtra diffinitionem nominis infiniti. Ad primum dicitur ꝙ licet materia propria dicta que est materia ex qua in naturalibus non predicetur de toto composito quia non dicit totum esse eius. tamen materia in qua. et materia ẜm modum. verificatꝛ bñ de toto composito. vt dicendo homo est albꝰ. modo vox est ẜm modum materia nominis et habet similitudinē cum materia rei artificialis. Ad secundum dicitꝛ ꝙ motus dupliciter potest considerari. Uno modo ẜm esse materiale quod habet in mobili. ⁊ sic est ens nō permanens sed successiuum Alio modo ẜm esse qḋ habet in anima que copulat primam ptem motus cum alijs ⁊ sic concipitur vt est pmanens. ⁊ quia modus ẜcandi eius inmediate sumitur ab illo modo intelligendi quo concipitur ab anima. Ideo motus non ẜcat per modum fluxus et fieri. licet fluxū ẜcet. ideo nō significat cum tempore.

Ad tertium dicitur q si ptes nominis compositi cōsiderantur vt sunt partes orationis sic bene aliquid significant. Sed si considerentur vt sunt partes nominis compositi sic nihil significant. et est causa quia pars in cōposito nomine non imponitur ad significandum sed totum nomen compositum vnico conceptu significat suum significatū. Unde ptes huius noīs eqferus in h noīe nihil scāt per se licet bn̄ aliqd significēt vt sunt ptes hui⁹ orationis equus ferus ¶ Ad quartū dicitur. q si nomē infinitum consideretur vt infinitum est sic non potest esse subiectum enunciatōnis. sed si cōsideretur inqtum virtute intellectus determinatur ad aliquid finituz vt puta nonhomo si capiatur pro asino bene fit subiectum enūtiationis. sed sic non capitur vt infinitum sed per modum finiti. Dicitur secundo q in hac oratione. regis interest et in similibus obliquis non est subiectum sed rectus intellectus in verbo personali. vt patet resoluendo regis interest. id est aliquid est ptinens ad regem Ad quintum dicitur. q si capiatur generaliter nomen infinitum pro omni illo quod significat substantiam infinitam et habet significatum indeterminatum sic aliquis et reliquis bene sunt nomina infinita. Sed si capiatur specialiter pro illo nomine qd̄ fit infinitum per aduentū negatōis pro quo hic diffinitur. sic non sunt nomina infinita. Et ideo hec diffinitio non cōuenit eis

Verbum est vox significatiua ad placitum cuz tempore cuius nulla pars separata aliquid significat finita et recta. Cum tempore ponitur ad differentiam nominis quod significat sine tempore. Finita ponit ad differentiā verbi infiniti vt non currit non laborat que non sunt verba sm dialecticum. Recta ponitur ad differentiam verborum obliquorum. vt currebat cucurrit. que nō sunt verba sm dyalecticum sed verba obliqua Unde solum verbum presentis temporis indicatiui modi dicitur esse verbum secūdum dyalecticum. Omīa autem alia verba einsdem modi et aliorum modorum dicuntur verba obliqua Omnes autem alie differentie ponuntur hic in verbo eadem ratione qua et in nomine ponebantur. Et sciendum q dialecticus solū ponit duas partes orationis. scz nomen et verbum. reliquas āt oēs appellat syncathegoreumaticas. i. consignificatiuas.

Postq̄ autor prius determinauit de noīe quod ꝑcat substantiā et est
materia propositionis. hic cōsequenter determinat de verbo quod signifi-
cat actum egrediētem a substātia ꝛ est predicatum formale propositionis
primo ipm sic diffiniens in textu. Verbū est vox significatiua ad ꝛc.
¶ Sciendum ꝓmo in hac diffinitione ponitur vox loco generis. et totum
residuum in ratione differentie. scꝫ significatiua. ꝛ alia eadem ratione ħ po
nuntur sicut in noīe. sed cum tempore ponitur ad drām nominis quod sig
nificat siue tempore. Et ponitur finita ꝛ recta ad differentiam verborū
infinitorum ꝛ obliquorum que ſm logicū nō sunt verba. In ipa aūt diffi-
nitione non ponitur illa ꝑticula. ꝛ est semper nota eorum que de altero dicū
tur que ponitur ab Aresto. qꝛ illa solum ponitur de bene esse et ad maiorē
declaratōnem. ꝛ non de necessitate Sciendum secundo. ꝙ om̄is fluxus
et fieri mēsuratur tempore. Tempus em̄ est mēsura motus et fluxus ſm
ꝓus ꝛ posterius. ꝛ qꝛ verbum ſm suum essentialem modum ꝑcandi signi-
ficat per modum fluxus ꝛ fieri. ideo om̄e ꝟbum ꝑcat cum tempore. id ē cū
proprio ꝑcato significat tempus. non tamen capiendo tēpus ꝓpe vt est
numerus motus ſm ꝓus ꝛ posterius Sed capiendo tempus generaliter
pro omni modo temporis. vt reperitur in qualibet mensura durationis.
scꝫ eternitate euo et tpe proprie dicto. sicut em̄ ꝟbum non sꝑ ꝑcat verum
fluxum sed sufficit ꝙ significet ꝑ modū fluxus. sic non semꝑ significat verꝫ
tempus. sed tamē ꝑcat per modum temporis. Sciendum tertio ꝙ ver
bum infinitum est cuius priuatus est actus specialis remanente actu ge-
nerali indeterminato. Sicut em̄ in noīe est substantia ꝛ qualitas finiens
talem substantiam. sic in oī verbo altero ab isto verbo est includitur actus
generalis qui est esse. et actus specialis siue res verbi que importatur per
ꝑticipium talis verbi. ideo om̄e verbum preter illud verbum est resoluitꝰ
per est ꝛ suum participium. vt currit. id est. ē currens. Et ideo sicut in no-
mine negatio adueniens remouēs qualitatem a substantia facit nomē in-
finitum. similiter in verbo negatio tollens actum specialem q̄ determinat
actum generalem reddit ꝟbū infinitū quod ꝑcat actuꝫ infinituꝫ cōmunē
tam ad ens q̄ȝ ad non ens. Ex quo ꝑtꝫ ꝙ tale verbum non potest enūcia
ri de aliquo subiecto. qꝛ non ꝑcat aliquem actum determinatum qui dica
tur de alio. ideo non est verbū ſm logicum. vnde tale verbū non potest infi
nitari in oratōne neqꝫ est infinitum dum est in oratō ne. qꝛ negatio sibi ad
ueniens in oratione negat compositōnem actualem extremorū et non com
positōnem intrinsecam verbi. Unde ad hoc ꝙ verbum infinitetur requi-
runtur duo. Primo ꝙ significet ante infinitatōnem actionē vel passioneꝫ
determinatam ꝛ non generalem. et ꝓpter hoc. hoc verbū est nō potest infi-
nitari. qꝛ hoc verbum est ꝑcat generalem actum essendi inclusum in omni
alio verbo. Scdo req̄ritur ꝙ tale verbū nō determinet sibi certum suppo
situm. et iō verba excepte actōis ꝛ verba ꝓme vel scde ꝑsone nō pn̄t infini-
tari. Sciendū quarto. ꝙ ꝟba obliqua sunt verba ceteroꝝ tp̄m ꝛ modo
rum a p̄n̄ti tpe indicatiui mōi. quoꝝ aliqua sunt obliqua ſm tp̄s. vt prete
rituꝫ et futuꝝ indicatiui modi. Aliqua sꝫ obliqua ſm modū tm̄. vt p̄sen
tiā alioꝝ modoꝝ. Alia vero ſm vtrūqꝫ vt p̄terita ꝛ futura de alijs mo-

nō tm̄ sed etiam

dis ab indicatiuo. vñ talia verba obliqua nõ pñt vere vel false enũciari de aliquo nec faciũt pmo 7 p se oratõem verã vel falsam. Et qz sm logicum solũ illud est nomẽ qð p se pmo 7 non rõne alterius pt esse subiectũ enũciationis. Et sic solũ illud est verbũ apud logicũ qð p se pmo 7 non rõne alterius vere vel false de aliquo pdicat. ideo sm logicũ verba obliqua non sunt verba. vñ sm ipm tm sunt due ptes oratõnis s. nomen 7 vbũ. qz ipse capit ptes oratõis pncipales necessario requisitas ad enũciatõem veram vel falsam 7 sic nõ capit ipam generalit sicut grammaticus q capit partez oratõnis p oi voce scatiua q ponit in orõne siue ponat vt pars pncipalis siue vt dispõ eius rõne cuius ponit octo ptes orõis. 7 p hoc ptz declaratio diffinitõis vbi Cõtra pdicta arguit pmo sic. verbũ scat p suã scatõem sed scatio est de natura vbi cũ virtus scandi sit de natura eius. g verbuz scat naturalr 7 nõ ad placitũ Scdo sic. creare est vbũ. 7 tñ nõ scat cum tpe. qsi nõ scat fluxũ vel fieri cũ scat actũ qui fit in indiuisibili. g male ponitur in diffinitõe verbi cũ tpe Tertio sic. ptes vbi sunt lre 7 syllabe et sunt scatiue sepate. qz sicut voces scãt õceptus. ita lre scant voces. g ptes vbi sepate aliqd scãt Quarto sic. verbũ infinitũ pt predicari in põne ergo est vbũ sm logicũ. Añs pbat. qz scat actũ cõem enti 7 non enti. sz oẽ cõe pdicat de suis inferiorib9. g tale verbũ predicat in põe Quinto sic iste põnes sunt vere. adam fuit. antixps erit. 7 tñ ibi pdicãtur obliq. ergo verbũ obliquũ pt vere predicari de obliquo. ergo est verbũ sm logicũ.

Ad pmũ dicit. q si verbũ õsideret formaliter in rõne signi sic ptus scãdi est de rõne 7 natura eius ergo verbũ hoc modo de necessitate est scatiuuz naturaliter 7 non ppie ad placituz. sed si consideret materialiter in rõe vocis. sic scatio non est de natura eius sed sibi attribuitur ad placitũ Ad scdm dr q creare non scat fluxũ realẽ q mẽsuret tpe. sz scat p modũ fluxus et fieri ideo scat sub modo tpis. et hoc sufficit. Ad tertiũ dr q si capiat lra p figura scripta in aliqua supficie tũc littere sunt scatiue vocũ. sz sic nõ sunt ptes verbi. sed si capiat lra p voce idiuisibili scata p illã figurã q proprie dr elementũ tũc littere 7 syllabe bñ sunt ptes verbi sz sic non sunt significatiue Ad qrtũ dr q oĩe cõius determiatũ pt enũciari de suis inferiorib9. nõ tñ cõius i determiatuz 7 infinitũ qð nõ potest determinate õcipi p intellectũ. modo vbũ infinitũ scat actũ cõem indeterminatuz Ad quītũ dr q vba preteriti 7 futuri tpis indicatiui mõi nõ vere pdicant de aliq nec faciũt orõem verã vel falsaz inqtum obliqua sunt. sed solũ inqtũ includũt pñs tẽpus indicatiui modi. vñ põnes de pterito 7 futuro nõ st vere nec false nisi p reductõem ad illas de psenti. vt ista non est vera adam fuit nisi qz ista semel fuit vera adaz est. et ista antixps erit non est vera nisi qz semel verum erit dicere antichristus est

Propositio est vox significatiua ad placitũ cui9 ptes sepate aliqd scãt. Hoc totũ cui9 ptes 7c. ponit ad differẽtiaz nois et verbi quoz ptes sepate aliqd scãt. Reliq aũt ṗticule ponũtur hic sub eadẽ rõe qua in noĩe et vbo ponebãt

Tractatus primus

Postq̄ autor determinauit de nomine ꝛ verbo que sunt ꝑtes materia
les enunciationis. hic consequenter determinat de oratione que est genus
enunciationis Et quia diffinitio explicat esse rei. diuisio vero posse rei seu
separationem partium eius. et esse precedit posse ꝛ separatōnem. Ideo pri
us anteq̄ diuidit orationem ponit eius diffinitionem que talis est Ora
tio est vox significatiua ad placitum ꝛc. ¶ Sciendum primo. q̄ oratio
tripliciter accipitur. Uno modo pro re subiecta intentioni ſm se ꝛ isto mo
do nō diffinitur hic. q2 hoc modo est vox complexa. ꝛ cōplexoꝝ non est dif
finitio inq̄tum huiusmodi. igitur ꝛc. Alio modo potest capi absolute ꝓ
illa intentione vel voce significatiua orationis ꝓmo modo accepte. et sic ite
rum non diffinitur hic. q2 eius partes separate nihil significant. Tertio ca
pitur pro illa intentione vt est significatiua rei subiecte que est significatuz
eius. ꝛ isto modo diffinitur hic. Sicut em̄ diffinitur homo sub illa voce ho
mo. ꝛ pro significato quod est animal rationale mortale. ita similiter hec
vox oratio diffinitur pro suo significato quod est quedam vox complexa.
¶ Sciendum secundo. q̄ licet quelibet oratio non sit vna vox incom-
plexa. est tamen vna per complexionem. Et potest dici vna propter duas
causas. Primo rōne forme. q2 ibi est vnitas ordinis ꝛ complexionis plu-
rium vocū significatiuarum que sub tali forma vniuntur. Secūdo ex par-
te finis. quia predicte voces vniuntur ad significandum vnum conceptū
complexum. Ideo in diffinitione orationis bene ponitur vox tanq̄ genus
¶ Sciendum tertio. q̄ licet oratio non fuerit primo et per se imposita
ad significandum. tamen fuit imposita ad significandum ex consequenti
ratione impositōnis suaꝝ partiū Per hoc enim q̄ partes orōis sunt signi
ficatiue. oratio composita ex ipsis trahit suum significatum. ꝛ tamen ha-
bet significatum distinctum ab ipsis. quia iste partes significant ꝯceptus
simplices. Oratio vero primo et per se significat conceptum complexum.
et eodem modo potest dici significare ad placitum ratione impositionis
suarum partium que facta est ad placitum. licet oratio ſm se primo non si
gnificat ad placitum Ideo in diffinitione oratōnis sicut in diffinitionibus
nominis et verbi cōuenienter ponitur ad placitum ¶ Sciendum quar
to. q̄ duplices sunt partes orationis. Quedam sunt remote. vt littere et
syllabe. quedam sunt propinque. vt nomen ꝛ verbum. prime autem non
sunt significatiue nec sunt partes orationis nisi ſm quid. sed alie sunt sig-
nificatiue que proprie dicuntur ꝑtes orationis de quibus intelligitur pre
dicta diffinitio. et sic patet declaratio diffinitionis orationis que satis con-
cordat cum diffinitione posita a Prisciano dicente. Oratio est congrua
dictionum ordinatio ex modis significandi causata. ☞ Contra predi
cta primo arguitur sic. Nullum complexum potest diffiniri cum non ha-
beat vnum esse. sed oratio est quoddam complexum. ergo male diffinitur
hic oratio. ¶ Secundo sic. Nulla q̄ntitas est vox cum vox sit qualitas
quedam. Oratio autem est quātitas cum sit species q̄ntitatis discrete. er-
go male dicitur. q̄ oratio est vox significatiua ꝛc. ¶ Tertio sic. omnis
vox significatiua habet aliquod proprium significatum. sed oratio non est
huiusmodi. quia non significat nisi ratione suarū partium. ergo male dicit'

oratio est vox significatiua Quarto sic Nullum significans de necessitate significat ad placitum. sed ista oratio homo currit in pма eius significatõne significabat suum significatum de necessitate scꝫ hominem currere cum nõ poterat aliud significare ꝛ similiter quelibet alia oratio. ergo oratio non significat ad placitum primi instituentis. Quinto sic dicendo. curro curris ꝛ pluit sunt oratões ꝛ tamen partes nihil significant sepate. ergo male ponitur illa particula cuiꝰ partes sepate aliqd significãt ¶ Ad primum dicitur ꝙ licet nullum complexum complexe designatum inquantum huiusmodi diffiniri potest quia ibi nõ essꝫ explicatio vnius diffiniti. sed tamen nomen complexum incomplexe designatũ sub voce incomplexa bene diffinitur ꝛ sic est in proposito. Ad scdm dicitur. ꝙ si capiatur oratio pro mensura prolatiõis vocis sic est quãtitas discreta nec isto modo diffinitur hic sed si capiatur pro voce significatiua complexa sicut capitur in proposito sic nõ est quantitas sed quantum ad suũ materiale quod est vox est quedam qualitas. Ad tertium dicitur ꝙ licet oratio trahat suum significatum causaliter ex suis partibus tamẽ nõ habet ipsum formaliter a partibus sed habet proprium significatum ratione compositõnis partium ꝛ illud est conceptus complexus significatiuorum suarum partium. Ad quartum dicitur. licꝫ illud quod significat necessario suum significatum nõ significet primo ꝛ per se ad placitum. bene potest tamen ex consequenti. Sic est de oratõne que significat ad placitum propter impositõnem suarum partium factam ad placitum supposita tamẽ tali impositõne partium oratio composita ex ipis necessario habet significatum determinatum. Ad quintum dicit. ꝙ iste voces curro curris. vel pluit de vi sermonis nõ sunt oratões sed verba tantum. sꝫ virtute intellectus qui subintelligit suppositum in verbis prime vel scde personarum. in verbis excepte actõis. vt sunt pluit. choruscat. ningit. tonitruat. fulminat. grandinat. ꝛ similibus sic sunt oratões ꝛ partes sepate ipsarum aliquid significant. dum intelligitur suppositum. vt curro. tantum valet sicut ego curro. curris tantum valet sicut tu curris. pluit tantũ valet sicut deus vel natura pluit.

Orationum alia perfecta. alia imperfecta. Oratio perfecta est que perfectum sensum generat in animo auditoris. vt homo currit. Oratio imperfecta est. que imperfectum sensum generat in animo auditoris. vt homo albus Orationum perfectarũ. alia indicatiua. vt homo currit. Alia imparatiua. vt petre fac ignem. Alia optatiua. vt vtinam essem bonus clericus Alia coniunctiua. vt cum veneris ad me dabõ tibi equum Alia deprecatiua. vt miserere mei deus Harum

A i

Tractatus primus

autem orationum sola indicatiua oratio dicit᷑ esse ꝓpositio.

Postq̄ȝ autor posuit diffinitōem oratōnis que explicat ipam a priori Nic ꝯsequēter ponit diuisionem eius que explicat ipam a posteriori sic diuidēs eam. Orationū alia ꝑfecta. alia impfecta. Cui⁹ diuisionis ratio est. Nam omnis oratio repñsentat aliquem sensum intellectui. vel igit᷑ repñsentat sensum ꝑfectum ⁊ sic est oratio ꝑfecta. vel impfectuȝ sic est oratio impfecta. ¶ Sciendū ꝑmo ꝙ sensus ꝑfectus est ille q̄ cōplete terminat actum intellectus. nō suspendēs animū audiētis ad vlteriorem inquisitionem alterius req̄siti ad suam intellectōnem. vt cum dicit᷑. homo est aīal. ibi est sentētia ꝑfecta nō requirens additōnem alterius. vt cōplete intelligatur. Sed sensus impfectus est sententia incōpleta que non terminat actum intellectus. sed indiget alio vt cōplete intelligat᷑. vt dicēdo albus homo. ibi est sentētia impfecta ⁊ incōpleta in qua intellectus audiētis nō complete ⁊ ꝑfecte terminat᷑. ideo ibi est sensus impfectus. Ex quo clare patet. ꝙ nō capitur hic sensus pro potentia sensitiua anime. sed capit᷑ hic pro sentētia que est significatio oratōnis. ¶ Sciendū scd̄o ꝙ oratio perfecta est. q̄ ꝑfectum sensum generat in animo auditoris. id est in intellectu audiētis ipam. Per hoc em̄ ꝙ ipa p̄sentat᷑ auditui. sua spēs siue silitudo defert᷑ ad intellectū. ⁊ intellectus cognoscens ꝓcatōes terminoꝝ apprehēdit ꝑ illas ꝓcatōnes ꝑfectum sensum oratōnis. Et ita oratio ꝑfecta mediante sua specie ⁊ silitudine ꝑfectū sensum generat in aīo auditoris. Sȝ oratio impfecta est que impfectum sensum generat in aīo auditoris. Et capitur hic generat vt dt̄ aptitudinem ⁊ nō actum. qꝛ oratio nō semꝑ generat actu sensum. sed bene ꝓm aptitudinem. ¶ Sciendū tertio ꝙ oratō ꝑfecta diuiditur in indicatiuā impatiuam optatiuam ꝯiunctiuam ⁊ depcatiuam. Quaꝝ sufficiētia sic habet᷑. qꝛ omnis oratio ꝑfecta explicat ꝑfectum sensum. vel ergo explicat conceptum intellectus vel affectum appetitus Si ꝯceptum hoc est dupl'r. vl' explicat talem ꝯceptum cathegorice et determinate. ⁊ sic est indicatiua. vl' dubitatiue ⁊ ꝯditional'r. ⁊ sic ē coniunctiua. Si explicat affectū. hoc est dupl'r. vl' ꝑtinet ad appetitū ꝯcupiscibilem. ⁊ sic est optatiua. vl' ad irascibilē. ⁊ hoc ē dupl'r. qꝛ vl' denotat imperium qđ fit ad minores. ⁊ sic est impatiua. vl' depcatōem que fit ad supiores. ⁊ sic est depcatiua. Et hec est diuisio generis in suas spēs. Et simil'r ꝓcedens ⁊ licȝ oratio nō sit verum genus ⁊ ꝓm rem. tamen est genus ꝓm modum ⁊ diuidit᷑ ad modum diuisionis generis. ⁊ iste diuisiones sub diuisione generis ꝯtinentur. ¶ Sciendum quarto ꝙ oratio indicatiua est cuius verbum principale est indicatiui modi. Et impatiua cuius verbū principale est impatiui modi. ⁊ sic de alijs. Et qꝛ verbum indicatiuū ceteris est ꝑfectius. ideo oratio indicatiua ceteris est ꝑfectior. Unde sola indicatiua ꝓcat verum vel falsum. eo ꝙ alie nō dicant determinate aliq̄d esse vel nō esse sed sola indicatiua. ratōe verbi indicatiui modi Ideo ipa sola dicitur ꝓpositio siue enunciatio. Ex quibus patȝ. diuisio oratōis et diffinitōnis membrorum eius. ⁊ etiam diuisio oratōnis perfecte.

¶ Contra predicta arguitur primo sic. nihil est perfectum cui potest fieri additio. sed cuilibet oratōni potest fieri additio. ergo nulla est perfecta.

Secundo sic. omne qd habet debitam compositõnem materie z forme eius. est perfectum. Dicitur em̃ perfectum cui nihil deest de requisitis ad suum cõplementum. sed omnis oratio habet debitam compositionem materie z forme. ergo omnis oratio est perfecta z sic dicta diuisio nulla. Tertio sic. oratio nõ agit in animam auditoris. ergo oratio nõ generat perfectum sensum in animo auditoris. Maior probatur tripl'r. Primo omne quod agit est suppositum. ergo zc. Scdo quia oratio nõ psentatur intellectui. cum sit quedam vox quia vox nõ peruenit vsq3 ad intellectum. sed ad auditum tantum. Tertio. quia intellectus est impassibil' cum sit immaterialis. ergo cum passio oriatur a materia oratio nõ agit in intellectum. Quarto arguit' sic. Aliqua est oratio perfecta infinitiua. quia talis componitur ex nomine z verbo. z tamen nõ ponitur in diuisione oratõnis perfecte. ergo illa diuisio est mala. Quinto sic. hec oratio. vellem esse bonus clericus significat verum vel falsum. ergo nõ solũ indicatiua dicitur significare verum vel falsum.

Ad pmum dicit' q aliquid dicitur perfectum dupliciter. Uno modo simpliciter z absolute cui nulla simpliciter potest fieri additio. z sic oratio nõ est perfecta sed solus deus. Alio modo aliquid dicitur esse perfectum in genere vel specie cui nihil deest de requisitis ad suam perfectõem in tali genere vel specie. Et sic oratio bene dicitur perfecta. cui nõ potest fieri additio essentialis requisita ad suum genus vel speciem sed accidentalis tantum. Ad scdm dicitur. q licet omnis oratio potest dici perfecta. perfectõne primatiua que resultat ex debita complexione materie z forme que est modus eius proferendi. tamen nõ oĩs oratio est perfecta perfectõne finis oratõnis que est representatio vel significatio perfecti cõceptus complexi. Ad tertium dicitur. q licet oratio nõ agat per modum efficientis principalis z tanq3 orõ quod. quia hoc conuenit soli supposito. tamen bene agit per modum forme. vel instrumenti z tanq3 quo. Dicitur scdo q ipsa psentatur intellectui ex consequenti fm suam speciẽ licet nõ fm se primo. Dicitur tertio q licet intellectus non sit passiuus passione corruptiua. est tamen passiuus passione saluatiua z perfectiua q3 perficitur per speciem intelligibilem. Ad quartum dicitur. q licet oratio infinitiua habeat nomen obliquum. tamen nõ hab3 rectum. quare nõ generat perfectum sensum in animo auditoris. Ideo nõ est oratio perfecta nec debuit poni in diuisione oratõnis perfecte. Ad quintum dicitur. q si ista oratio. vellem esse bonus clericus consideretur vt optatiua ẽ. et vt explicat desiderium non est vera neq3 falsa. Sed si consideretur. vt virtualiter includit vnam indicatiuam. sc3 illam. voluntas mea ẽ q esse3 bonus clericus. sic est vera vel falsa. z sic de aliis.

Ropositio est oratio verum vel falsum significãs indicando. vt homo currit. Propositionum alia cathegorica. alia hipotetica.

Postq3 autor determinauit de oratõne que est genus enunciatõnis.

Tractatus primus

Hic ꝯsequenter determinat de ip̄a enunciatōne de qua p̄ncipaliter inten
ditur in primo tractatu. ⁊ ip̄am primo sic diffinit sub nomine propositio
nis dicens. ꝙ propositio est oratio verum vel falsum significans indican⸗
do. in qua diffinitōne oratio ponitur loco generis. ⁊ ponitur verum vl' fal
sum significans. ad differentiam oratōnum imperfectarum ⁊ aliarum ꝑ⸗
fectarum ab indicatiua. quia nulla earum significat verum vel falsum. et
ponitur indicando ad maiorem explicatōnem. scʒ ad ostendendum ꝙ so⸗
la indicatiua oratio dicitur esse propositio ⁊ q̄uis hoc posset intelligi per
hoc ꝙ dicitur veruʒ vel falsum significans. nō tamē eque explicite. Ideo
illa pars nō superfluit. quanq̄ʒ etiam aliqua propositio hipotetica sit con
iunctiua. non tamen significat verum vel falsum. nisi per reductōnem ad
indicatiuam. ¶ Sciendum primo ꝙ enunciatio ⁊ propositio idem di⸗
cunt realiter. sed differunt ratōne quid nominis. Nam dicitur enūciatio
inquantum per eam extra intellectum nunciatur predicatū de subiecto.
Dicitur enim enunciatio ab e quod est extra ⁊ nuntio Ip̄a enim est qua
si nuntius intellectus nuntians conceptum interiorem extra intellectum
Sed dicitur propositio inquantum ponitur pro alio. scʒ pro conclusione
inferenda in argumentatōne. Sed quia idem sunt realiter. ideo habent
eandem diffinitōnem essentialem. vnde diffinitur enunciatio ꝙ est oratio
in qua verum vel falsum est. hec est eadem diffinitio cum diffinitōne pro
positōnis. Ideo hic diffinitur enunciatio sub nomine propositōnis. quia
hic consideratur vt finaliter ordinatur ad syllogismum. ¶ Sciendum
scd̄o. ꝙ significare veruʒ. est ꝟcare aliquid ita esse sicut est vel nō esse sicut
nō est. Sed significare falsum est ꝟcare aliq̄d nō esse sicut est. vl' esse sicut
nō est. Ideo ꝓpositio ꝟcat verum quando rep̄sentat illam compositiōem
adequate sicut est. Sed significat falsum. quando rep̄sentat illam compo
sitōnem inadequate ⁊ aliter q̄ʒ sit. Ex quo patʒ ꝙ veritas ꝓpositōnis est
est adequatio eius ad suum significatum. Et falsitas est inadequatio ei⁹
ad suum significatum. Patet vlterius ꝙ primum significatum ⁊ forma⸗
le propositōnis est compositio extremorum. sed verū ⁊ falsum sunt ꝟcatū
materiale. ⁊ scd̄ariū ꝟcatū ꝓpōis. Ipsa em̄ ꝟcat p̄mo ip̄am ꝯpositōnem
Et dicitur significare verum vel falsum quantum ad modos significan
di vel representandi illam compositōnem. ⁊ per hoc patet intellectus dif
finitōnis propositōnis. ¶ Sciendum tertio ꝙ propositio in cōmuni di⸗
uiditur in cathegoricam ⁊ hipotericam. Cuius diuisionis ratio est. quia
omnis propositio est oratio vera vel falsa. vel ergo talis oratio componi⸗
tur immediate ex terminis vel oratōnibus. Si primum sic est cathegori
ca. Si scd̄m sic est hipotetica. Et hanc diuisionem ponit Arestoteles in
libro perihermenias. tamen sub alijs verbis Unde dicit ꝙ enunciatōnuʒ
alia est vna simpliciter. alia coniunctōne vna. que dicitur hipotetica.
¶ Sciendum quarto ꝙ ista diuisio datur penes substantiam propositio
nis eo ꝙ propositio cathegorica ⁊ hipotetica differunt ꝟm suam speciem
id est ꝟm formam ⁊ materiam. ⁊ per consequens ꝟm totam substantiam.
Habet em̄ cathegorica subiectū ⁊ p̄dicatum ꝓ materia. ⁊ copulā verba
lem ꝓ forma. Et hipotetica hʒ duas cathegoricas ꝓ materia ⁊ ꝯiūctōeʒ

vnientem pro forma. Et sic patet explicatio huius diuisionis.
Contra predicta arguitur primo sic. Nulla distincta de se inuicem verificantur. cum distinctio semper includat oppositiõem 7 in ea fundetur sed ꝓpositio et oratio a se inuicem distinguuntur. cum oratio sit cõmunior propositione. ergo male dicit᷑ ꝙ propositio est oratio. ¶ Secundo sic. in nulla bona diffinitõne debēt poni opposita. ſ3 sic est hic. sc3 verũ et falsum. ergo non est bona. Tertio sic. Oratio significãs suum significatu3 ad qđ est imposita semper est vera. sed omnis propositio ſcat suu3 significatum. vt ista homo currit. semper ſcat hominem currere. siue currat siue non. ergo omnis propositio semper ſcat verum 7 non falsum. Quarto sic. Omnis bona diuisio debet dari per opposita. sed ista non datur ꝑ opposita. ꝗ2 vnum membrũ continetur sub alio. sc3 cathegorica sub ypothetica. ergo ipa non est bona. Quinto. hec oratio. tm̄ homo currit est propositio. 7 tamen non est cathegorica. quia continet plures orationes. Nec ypothetica. cum ibi non sit coniũctio vniens plures cathegoricas. ergo diuisio est insufficiens. Ad primum dicit᷑ ꝙ illa que distinguũtur essentialiter vt disparata de se inuicem nõ verificantur. sed illa que distinguunt᷑ accidentaliter tm̄. vt superius 7 inferius bene de se inuicem verificãtur. Ad secundũ dicitur. ꝙ si opposita considerentur vt opposita sunt et se inuicem destruunt non debent poni in aliqua diffinitione. Si autem ponantur ad circũloquendũ aliquod supius ipsorum vel vt explicent diuersas passiones alicuius diffiniti. sic bene ponuntur disiũctiue in eadem diffinitione. 7 sic ponuntur verum et falsum in hac diffinitione ad circũloquẽdum. propriam passionem ipsius diffiniti. et diuersas passiones suorum inferiorum. Ad tertium dicitur. ꝙ propositio non dicitur vera. eo ꝙ representat suum significatu3. sed ideo quia ipm adequate representat et sic maior est falsa. Ad quartum dicitur. ꝙ licet propositio cathegorica materialiter cõtineatur sub ypothetica tanꝗ̃ pertinens ad materiã eius. non tamen formaliter tanꝗ̃ ꝑtinens ad formam eius. Licet enim ibi maneat cathegorica ſm formam eius. tamen illa forma se habet per modum materie respectu ypothetice. Ideo non manet ibi formaliter. et ideo opponũtur ille propositiones ſm suas formas. Ad quintum dicitur. ꝙ ista tm̄ homo currit est formaliter cathegorica. quia ponit solum vnam cathegoricam preiacentem eius. sed est virtualiter ypothetica. ꝗ̃a virtualiter 7 implicite continet duas cathegoricas coniunctas copulatiue. vt patet in resolutione eius. quia valet tantum sicut homo currit. et nihil aliud ab homine currit.

Propositio cathegorica est que habet subiectum predicatum et copulam tanꝗ̃ principales partes sui. vt homo currit. In hac enim propositõne homo currit. homo est subiectum. et currit predicatum. Et quod coniungit vnum cu3

A iij

altero dicitur esse copula. vt patet in resoluendo. vt homo currit id est homo est currens. Ibi hoc nomen homo est subiectum et currens predicatum. et hoc verbum est dicitur esse copula. quia coniungit vnum cum altero Et dicitur cathegorica a cathegoriso as are quod idem est quod predico as are. Subiectum est illud de quo aliquid dicitur Predicatum est illud quod dicitur de altero: scꝫ de suo subiecto

Postꝗ autor posuit diffinitōnem ꝓpōnis ꝛ etiam diuisionem eius in cathegoricā ꝛ ypotheticam. Hic ꝯsequēter incipit determinare de membris eius diuisionis. Et quia propositio cathegorica est pars ꝓpōnis ypothetice. ꝛ pars naturaliter precedit totum quod ipa cōponit. Ideo autor prius determinat de propositione cathegorica. ipam primo sic diffiniens Propositio cathegorica est illa que habet subiectum ꝛ predicatum tanꝗ ptes pncipales sui. ꝛ cum hoc copulam verbalem. ¶ Sciendū primo ꝙ in hac diffinitōne ꝑ hoc relatiuum illa intelligitur genus diffiniti scꝫ ꝓpositio. Est eñ illa relatiuum substantie ydentitatis ꝛ supponit pro suo antecedente. qđ est propositio. Ideo dat intelligere genus diffiniti Et totum residuum ponitur ad differentiam propositionis ypothetice in qua licet sint subiectum ꝛ predicatum et copula Non tamen principales ptes sui. sed sunt ptes minus pncipales ꝛ remote ꝛ per subiectum ꝛ predicatū intelligitur materia propositionis cathegorice. ꝛ per copulam intelligitur forma ptis eius. Et sua forma totius est esse vnitū resultans ex vnione predicati et subiecti. Ideo per hanc diuisionē sufficienter explicatur natura propositionis cathegorice. ¶ Sciendum secūdo. ꝙ in propositione cathegorica dicitur aliquid de aliquo. et ideo in qualibet cathegorica tria requiruntur. Primo illud de quo aliquid dicitur quod est subiectū. Secundum est illud quod dicitur de alio quod est predicatum Tertium est illud per quod ꝛ mediante quo vnum dicitur de alio quod est copula vel predicatum formale propositionis. et ideo dicitur cathegorica quasi predicatiua. a cathegoriso as. quod est predico as. quia semper aliquid predicatur de subiecto. Et magis dicitur predicatiua a predicato. ꝗꝫ subiectiua a subiecto. quia predicatum in ipsa habet rationem forme. subiectuꝫ vero rationē materie. modo a formaliori debet fieri denominatio. Ideo attenditur hec denominatio principaliter ex parte predicati formalis qđ est copula. ¶ Sciendum tertio. ꝙ subiectum propositionis dicitur illud de quo aliquid dicitur scꝫ predicatum. ꝛ predicatum est illud quod de altero dicitur scꝫ de subiecto. Duplex tamen reperitur predicatum in propositione. scꝫ materiale. quod vnitur cum subiecto per ipsam copulam. ꝛ predicatum formale. quod vnit predicatum materiale cum subiecto quod est ipa copula. vt in ista propositione homo est animal. Ibi hoc

verbum est dicitur predicatum formale. et animal predicatum materiale. Et quandoqꝫ in propositione. materiale predicatum ⁊ formale formaliter ⁊ fm vocem distinguuntur. Quandoqꝫ vero distinguuntur ratōne tm̄ ⁊ non fm vocem ⁊c. ¶ Sciendū quarto ꝙ ꝓpositionū cathegoricarum quedam sunt de est secundo adiacente. in quibus non ponitur aliquod predicatum materiale preter hoc verbum est. vt Sortes est. Alie sunt de est tertio adiacente in quibus preter illud verbum est ponitur materiale predicatum. vt homo est animal. Et in propositionibus de est tertio adiacente predicatum materiale et formale fm vocem distinguuntur et formaliter. Sed in illis de est de secūdo adiacente nō distinguūtur realiter. sed bene distinguuntur fm rationem. hoc modo quia tale verbum significat quēdam actum per modum fluxus ⁊ fieri. Et importat ipsum vt fluit ab agente ⁊ recipitur in patiens. Ratione cuius hoc verbum est significat per modum actionis ⁊ passionis ⁊ dicibilis de alio. Et ratione actus dicit illud quod continetur in subiecto. ⁊ habet rationem predicati materialis. Sed inquātum respicit illud cuius est. scilicet id a quo fluit est vnitiuum sui ipsius ad subiectum. Et habet rationem predicati formalis. Ideo in propositione de est secundo adiacente predicatum materiale et formale fm rationem distinguuntur

☞ Contra predicta arguitur primo sic. Tantum due sunt partes principales orationis. scꝫ nomen ⁊ verbum. ergo propositio cathegorica non habet tres partes principales. ¶ Secundo sic. In hac propositione homo est non reperiuntur subiectum et predicatum ⁊ copula. ⁊ tamē est cathegorica. ergo diffinitio non conuenit omni contento sub diffinito.

¶ Tertio sic. In hac propositione. homo est homo. homo est subiectū et tamen de ip̄o non dicitur aliud. cum idem predicetur de seip̄o. ergo male dicitur ꝙ subiectum est de quo dicitur aliud. ¶ Quarto sic. subiectum ⁊ predicatum opponuntur. quia de ratione subiecti est esse sub. et de ratione predicati est esse supra. ergo predicatum non dicit̄ de subiecto. et per cōsequens male diffiniūtur in textu ¶ Quinto sic Idem non est diffiniens ⁊ diffinitum respectu eiusdem. quia si sic. idem esset notius ⁊ ignotius. sed subiectum diffinitur per predicatum. ergo male ip̄m predicatuꝫ diffinitur per subiectum ☞ Ad p̄mū dicitur. ꝙ licet sint tm̄ due partes propositionis distincte essentialiter q̄ꝫtum ad modos significandi scꝫ nomen et verbum. tamen sunt plures accidentaliter distincte q̄ꝫtum ad situm et numerum earum in propositione. et sic cathegorica habet tres ptes. Ad secūdum dicitur. ꝙ licet in illa propositione homo est. predicatum et copula non distinguantur fm vocem et realiter. distinguuntur tamen ratione. vt prius visum est. ⁊ ideo potest resolui in istam. homo est ens. vbi p̄dicatum ⁊ copula formaliter distinguunt̄. Et similiter quelibet propositio in qua ponitur nomē ⁊ verbū tantū potest resolui per pticipiū illius verbi ⁊ per hoc verbuꝫ est. vt homo legit. id est homo est legens.

Ad tertiū dr̄ ꝙ licet in illa ꝓpōe. hō est homo. predicatū nō sit aliud realiter a subiecto. est tn̄ aliud fm suū sitū ⁊ numerū vocis ⁊ h̄ sufficit. qꝛ hic nō sumit̄ aliud put dr̄ essentialē diuersitatē Ad q̄rtuꝫ dr̄ ꝙ p̄dicatū et

subiectum accepta formaliter q̄ntum ad intentiones subiecti et predicati opponūtur. Ideo ista est impossibilis subiectū est predicatum. et econ-tra. tamen accepta materialiter q̄ntum ad id q̄d sunt non opponuntur. et hoc modo vnū dicitur de alio. ¶ Ad quintum dicitur. q̄ licet in entibus absolutis idem non sit diffiniens ꝛ diffinitum. tamen bene est in respectiuis in quibus vnum potest esse magis notum ꝛ minus altero ſm diuersas rationes. et huiusmodi sunt subiectum ꝛ predicatum. Ideo cō-uenienter p̄ se inuicem diffiniuntur.

Propositionum cathegoricarum. alia vniuersalis. alia particularis. alia indiffinita. alia singularis. Propositio vniuersalis est in qua subijcitur terminus communis signo vniuersali determinatus. vt omnis homo currit. Vel propositio vniuersalis est illa que omni aut nulli inesse significat. vt omnis homo currit. nullus homo currit. Terminus cō-munis est qui aptus natus est predicari de pluribus. vt homo est terminus communis. quia predicatur de Sorte et platone. et de vnoquoq̄ȝ homine. Signa vniuersalia sunt hec. Omnis. nullus. nihil. quilibet. quicunq̄ȝ. alter. vter. neuter. et similia.

¶ Postq̄ȝ autor posuit diffinitōnem propositionis cathegorice. Hic consequenter diuidit eam per vniuersalem propositionem p̄ticularem in-diffinitam et singularem. Cuius diuisionis sic habetur sufficientia. quia in omni propositione cathegorica est subiectum. predicatum et copula. Vel ergo subiectum tenetur singulariter pro vnico supposito. vel tenet communiter. Si singulariter sic est singularis. Si communiter hoc est du-pliciter. vel tenetur sub quātitate non determinata per aliquod signum et sic est indiffinita. vel sub quantitate determinata per aliquod signum et hoc dupliciter. vel quia illud subiectum determinatur per signum vniuersale. et sic est vniuersalis. vel particulare. et sic est particularis. Et ista diuisio sumitur ex p̄te quātitatis propositionis. ¶ Sciendum primo q̄ quātitas propositionis est dispositio subiecti. qua mensuratur eius acceptio pro vno vel pro pluribus suppositis. Et dicitur illa dispositio q̄n-titas transsumptiue ꝛ per similitudinem ad quātitatem proprie dictam et realem. q̄ꝛ sicut quantitas proprie dicta est mensura substantie. sic ista dispositio est mēsura acceptionis subiecti propositionis. ꝛ quia ista diui-sio sumitur ex parte dispositiōis subiecti propositionis. vt patet per eius sufficientiam.

Petri hyspani

ideo sumit͛ ex pte q̄ntitatis. Et q͛ ista quātitas se tenet ex pte subiecti et materie ꝓpositionis. ideo ista diuisio sumit͛ ex pte materie ꝓpositōnis. licet immediate sumat͛ ex q̄ntitate. ex q̄ pz ꝙ nō est diuisio generis in suas spēs. q͛ illa diuisio semꝑ fit ꝑ formales differētias qd̄ nō ꝯuenit isti diuisioni sz mag̨ est diuisio subiecti in accidētia ¶ Sciendū scd̄o ꝙ ꝓpositio vl̄is est illa in qua subijcit͛ termin⁹ cōis signo vl̄i determinatus. vt oīs hō currit Et sic ad ip̄am p̄mo requirit͛ ꝙ ibi sit termin⁹ cōis cōiter tentus defectu cui⁹ ista nō est vl̄is. oīs homo est totū in q̄ntitate. q͛ licz hō s̄m se sit terminus cōis. tn̄ capit͛ ibi singularit͛ ꝓ seip̄o nō distributo in ordine ad p̄dicatum. Scd̄o reqritur ꝙ talis termin⁹ sit signo vl̄i determinat⁹ scz ꝙ distribuat͛ ꝑ ipsum ⁊ teneat͛ vl̄r. defectu cui⁹ ista nō est vl̄is. nō oīs hō currit sz pticularis. q͛ illud signū oīs nō distribuit subiectū. sz ꝑ negatōem impeditur actio ei⁹. Et sic ptz ꝙ ad ꝓpositōem vl̄em requirit͛ termin⁹ vl̄is ⁊ vl̄r tentus quoꝝ primū habet ratōne subiecti. scd̄m ratōne signi distributiui. ¶ Sciendū tertio ꝙ ad notificandū diffinitōem ꝓpositōis vl̄is. autor notificat terminū cōem ⁊ signa vl̄ia. Vn̄ termin⁹ cōis est q̄ aptus nat⁹ est p̄dicari de pluribꝫ. Cui⁹ ratio est. q͛ termin⁹ cōis dicit͛ cui⁹ significatū est cōmunicabile mult̨. sicut hō s̄cat humanitatē. q̄ est cōmunicabilis Sorti Platoni. et sic de alijs hoībꝫ Et q͛ tale significatū reperit͛ in mult̨ actu vl̄ aptitudine. Ideo termin⁹ cōis potest p̄dicari de mult̨. Tenet ꝯsequētia. q͛ p̄dicari de mult̨ p̄supponit eē in multis. ⁊ cōitas ei⁹ attendit͛ ex pte significati vocis. ⁊ nō ex pte sue vocis. q͛ ex pte vocis hō nō habz maiorē cōitatē q̄ȝ sortes. ¶ Sciendū quarto ꝙ signū vl̄e dicit͛ illud qd̄ facit terminum cōem cui adiungit͛ teneri vl̄r ꝓ oībꝫ suis suppositis aut pluribꝫ copulatiue. Et signoꝝ q̄dam distribuūt vl̄r ⁊ affirmatiue. vt oīs q̄libet. Alia vero vl̄r ⁊ negatiue. vt nullus neuter. Ex q̄ ptz ꝙ signū vl̄e est q̄dā dispositio subiecti. nō tn̄ est dispositio absoluta. dicēs qualesit subiectū s̄m se sz est dispositio respectiua. dicēs q̄liter subiectū subijcit͛ p̄dicato. et ꝓpter h̄ repta fuerūt signa Et ꝑ hoc pz diuisio ꝓpōis cathegorice. ⁊ diffinitio p̄mi mēbri ei⁹. Contra p̄dicta arguit͛ p̄mo sic. Membra diuisionis ꝓpōis cathegorice nō sunt opposita. ergo nō ē bona. Antecedēs patz. q͛ ꝓpositio pticular̨ ꝯtinet͛ in vl̄i. ergo nō opponunt͛ vl̄ opposita erūt siml̄ in eodem. Scd̄o sic in ista. Cuiuslibet hois asin⁹ currit. ibi subijcit͛ termin⁹ cōis signo vl̄i determinat⁹. ⁊ tn̄ ip̄a est indiffinita. ergo diffinitio ꝓpositōis vl̄is cōuenit alijs a diffinito. Tertio sic. Ista est vl̄is nihil est in bursa. ⁊ tn̄ ibi nō subijcit͛ termin⁹ cōis. sed tm̄ signū vniuersale. scz nihil. ergo contra diffinitōem. Quarto sic. Ista est vl̄is. nō homo currit cū sit ꝯtradictoria hui⁹ hō currit. ⁊ tn̄ ibi nō ponit͛ signū vniuersale. ergo in illa diffinitōe male ponit͛ signo vniuersali determinat⁹. Quinto sic. Omē vniuersale p̄dicat͛ de mult̨. sz nullū signū p̄dicat͛ de mult̨. ergo nulla sunt signa vl̄ia Ad primū dicit͛ ꝙ licet ꝓpositio pticular̨ s̄m suū significatū ꝯtineat͛ in vniuersali nō tn̄ formaliter s̄m vocē. ideo formaliter opponunt͛ penes vniuersale ⁊ pticulare. Ad scd̄m dicit͛. ꝙ in ista cuiuslibet hois asin⁹ currit est duplex subiectū. scz locutionis qd̄ reddit suppositū verbo. Et subiectū distributōis qd̄ ibi distribuit͛. ratōe p̄mi est indiffinita. ratōe scd̄i est vl̄is et silr̄ dicendū est de istis. cuiuslibet hois ocul⁹ est dexter. ⁊ oēm hoiem

videt sortes Ad tertiū dr̄ ꝙ licz in ista. nihil est in bursa nō ponat̄ terminus cōis explicite tn̄ ponit̄ implicite. q2 includit̄ in illo signo nihil qd̄ includit terminū sue distributōis scz ens. Ad quartū dr̄ ꝙ licz in ista. nō hō currit nō ponat̄ formalit̄ signū vl'e. tamē ibi ponit̄ virtualit̄ illa eñ negatio nō primo ⁊ ꝑ se negat veritatē illi⁹ propositōis. homo currit. ⁊ ex ꝯsequēti distribuit subiectū ponēdo istā null⁹ homo currit. Ad quintū dr̄ ꝙ oīe vniuersale in p̄dicādo dicit̄ de mult̄ sz nō vl'e in distribuendo cuiusmodi sunt signa.

Propositio ꝑticularis est illa in qua subijcitur termin⁹ cōmunis signo particulari determinat⁹. vt aliquis homo currit quidā equus mouetur. Signa ꝑticularia sunt hec. aliq̄s quidam. reliquis. et similia. Propositio indiffinita est illa in qua subijcitur terminus cōmunis nullo signo determinat⁹. vt homo currit.

Postq̄ autor determinauit de ꝓpositōe vl'i q̄ inter alias habz ꝑfectiorem quātitatē. eo ꝙ subiectū eius tenet̄ actu ⁊ ſm modū enūciandi ꝓ oībus suis suppositis qd̄ nō fit in alijs. hic ꝯsequent̄ autor determinat de ꝓpositione ꝑticulari ⁊ indiffinita ⁊ q2 ꝓpositio ꝑticularis habz quātitatem sui subiecti determinatā ꝑ signū. nō aūt indiffinita. ideo prius determinat de ꝑticulari ipsam primo sic diffiniens. Propositio ꝑticularis est illa in qua subijcit̄ termin⁹ ꝯmunis signo ꝑticulari ⁊c̄. vt quidā homo currit. ¶ Sciendū primo ꝙ in ꝓpositione ꝑticulari subiectū ꝯtrahit̄ ad standuz ꝓ aliqua ei⁹ ꝑte siue ꝓ aliquo suoꝝ ꝑticulariū. ⁊ iō dr̄ ꝑticular̄. Et q2 termin⁹ discret⁹ nō hz aliquā partē subiectiuā sub se. iō nō p̄t ꝯtrahi ad standū ꝓ ꝑticulari ei⁹ nec p̄t esse subiectū ꝓpositōis ꝑticular̄. iō optet ꝙ in ea subijciat̄ termin⁹ cōis. Et q2 termin⁹ cōis nō habz de se maiorē determinatōem ad standū ꝓ natura simplici. q̄z ꝓ ꝑticulari. nec ad standū ꝓ oībus suppositis simul. vl' ꝓ aliquib⁹ tm̄ Ideo ad determinandū ipm̄ ꝓ aliqua ꝑte ei⁹ requirit̄ ꝙ sit determinat⁹ ꝑ signū ꝑticulare sumptū ꝑticulariter. ⁊ ꝑ hoc differt ab vl'i. ¶ Sciendū sc̄do. ꝙ signū ꝑticulare est dispositō subiecti determinās ipm̄ ad standū ꝓ ꝑte indeterminata ei⁹. scz ꝓ indiuiduo vago in ordine ad p̄dicatū. ⁊ inde dr̄ ꝑticulare a ꝑs ꝑtis. q2 ꝯtrahit terminū ad aliquā partē ei⁹. vt dicēdo q̄dā hō currit. ibi q̄dā determinat hoīem ad indiuiduū. lz indeterminatū. remoto eñ illo signo nō hz talem determinatōem sz posset indifferent̄ accipi ꝓ natura cōi vl' ꝓ suppositis. Et nō est signū ꝑticulare dispositio absoluta subiecti. sz ē dispositio respectiua dicēs qualit̄ subiectū supponit̄ siue subijcit̄ p̄dicato. sicut dictū ē de signis vniuersalib⁹. ¶ Sciendū tertio. ꝙ ꝓpositio indiffinita est illa in q̄ subijcit̄ termin⁹ cōis sine signo. vt hō currit. ⁊ sic de alijs exemplis. Cui⁹ ratio est. q2 ꝓpositio indiffinita ē indeterminata ſm quātitatē ⁊ acceptionem sui subiecti Et q2 termin⁹ singular̄ sp̄ hz determinatā acceptōez. q2 tenet̄ ꝓ vnico supposito determinato. iō i ꝓpositōe indiffinita nō p̄t subijci

terminꝰ discretꝰ. sed ibi reqrit terminꝰ cōis Et qꝛ terminꝰ cōis acceptꝰ cū signo vľi vľ ꝑticulari ſꝑ hꝫ determinatā quātitatē. Ideo ad ꝓpositōeꝫ indiffinitā reqritur ꝙ talis terminꝰ ponat ſine signo determināte ipm ad certā quātitatē mēsurādo acceptōeꝫ eiꝰ ꝓ vno ſuppoſito. vľ ꝓ pluribꝫ Et ad ꝓpositōeꝫ indiffinitā ⁊ ꝑticularē reqrit ꝙ ibi ſit terminꝰ cōis cōiter tentus. defectu cuiꝰ hec nō est īdiffinita. hō est ſpēs. qꝛ hō ibi tenet singularit

¶ Sciendū quarto ꝙ indiffinita ꝓpoſitio nō dr indiffinita. qꝛ nō habeat determinatā quātitatē ſm rem ⁊ intellectū. qꝛ oīs ꝓpoſitio ſm rem habet determinatā quātitatē. cū in ea ſit determinata acceptio ſui ſubiecti. ſꝫ dr indiffinita. qꝛ acceptio ſui ſubiecti nō est determinata ad certā quātitateꝫ ſm modū enūciandi q ꝓueniat ex diſpoſitōe ſubiecti ꝑ signū vľe vľ ꝑticulare. ideo dr indiffinita. i. indeterminata. qꝛ ſubiectū eiꝰ nō est determinatum signo vľi vľ ꝑticulari ad aliquā quantitatē Et lꝫ ſubiectū eiꝰ ſuppoñat determinate quantū ad illud ꝓ q verificat locutio. tñ tenet indeterminate quantū ad modū enunciādi in hoc qd nō determinat ꝑ aliqd signū et ꝑ hoc patent diffinitōes ꝓpoſitōnis ꝑticularꝫ ⁊ indiffinite. Contra pdicta arguit pmo ſic. hec est ꝑticularꝫ. nō oīs hō currit. ⁊ tñ nō est ibi terminus cōis signo ꝑticulari determinatꝰ. ergo ꝯtra diffinitōem ꝓpoſitōis ꝑticularꝫ. Scdo ſic. nullū cōmuniꝰ pt determinare minꝰ cōe cū minꝰ cōe ſit magꝫ determinatū ꝙ̄ ſit ꝯmuniꝰ. ſed signū ꝑticulare est cōmuniꝰ termino cōi. qꝛ pt applicari ad quēlibet terminū cōeꝫ. ergo. ⁊c. Tertio ſic. signū ꝑticulare nō remouet ꝯmunitatē termini cōis. qꝛ qdā hō pt verificari de tot hoībꝫ ſicut hō. ergo signū ꝑticulare nō ꝯtrahit terminū cōmunē ad aliquā partē eiꝰ. Quarto ſic. hec est indiffinita. Sortes ē dictio biſſyllaba. qꝛ ſortes tenet ꝓ vocibꝫ platꝫ a diuerſis hoībꝫ ⁊ pt ꝓ qlibet verificari. ⁊ tñ ibi nō ſubijcit terminꝰ cōis. ſꝫ discretꝰ. ergo in indiffinita nō ſubijcit terminꝰ cōis. Quinto ſic. hec ē indiffinita. tm̄ hō currit. ⁊ tñ in ea nō ſubijcit terminꝰ cōis ſine signo. ergo ꝯtra eandē diffinitōnem.

Ad pmū dr. ꝙ licꝫ in iſta. nō oīs hō currit nō ſit signū ꝑticulare formaliter. est tñ ibi virtualr ratōe negatōis remouentꝫ vniuerſalitatē signi vľis ſequentꝫ ⁊ ponentꝫ ex ꝯſequēte ꝑticularitatē. Ad scdm dr. ꝙ lꝫ signum ꝑticulare ſit minꝰ determinatū ſm ſpēm ꝙ̄ terminꝰ cōis. qꝛ ē applicabile indifferent ad oēs ſpēs. tñ ē magꝫ determinatū ſm numeꝝ. ⁊ q ad hoc pt ꝯtrahere terminū cōeꝫ ad aliquā ꝑtē eiꝰ. Ad tertiū dr. ꝙ lꝫ signū ꝑticulare nō ꝯtrahat terminū ad ꝑtē determinatā eiꝰ ſcꝫ ad indiuiduū signatum. tñ bñ ꝯtrahit ipm ad ꝑtē indeterminatā. Et licꝫ qdā hō verificet de tot hoībꝫ ſicut hō. nō tñ pt teneri ꝓ natura ſimplici ſicut hō ꝑ ſe acceptꝰ. iō ibi est determinatio quantū ad acceptōem ⁊ etiā pdicatōeꝫ indiuidui vñ qdā hō nō pdicat de multꝫ hoībꝫ niſi equoce. lꝫ de multꝫ pdicet pdicatōe ſcꝫ ſpeciei. Ad quartū dr. ꝙ ſi ſortes ſumat ꝓ ſuo significato. tūc est terminꝰ discretꝰ. ſꝫ ſi ſumat loco vniꝰ vocis impoſite ad significanduꝫ oēs ſiľes in platōne. ſicut ſumit in hac. ſortes est dictio biſſyllaba. ſic habet ratōem termini cōis. ⁊ ideo illa est indiffinita. ⁊ ibi ſortes ſupponit indeterminate Ad quintū dr. ꝙ lꝫ in iſta. tm̄ hō currit ſit signum excluſiuum. nō tñ est signū vľe vľ ꝑticulare diſponens ſubiectum ſm vniuerſalitatem vľ ꝑticularitatē. ⁊ de illo ſolū est hic ad ꝓpoſitum.

Tractatus primus

Propositio singularis est illa in qua subijcitur terminꝰ singularis siue discretꝰ. Uel in qua subijcitur terminꝰ cōis cuꝫ pronomine demōstratiuo p̄matiue spēi. vt sortes currit. vel iste homo currit. iste asinus currit. Terminus singularis est qui aptus natus est p̄dicari de vno solo vt Sortes de seipo.

Postq̄ determinatū est de ꝓpositōne vniuersali. ꝑticulari ⁊ indiffinita
Hic ɔsequenter autoꝛ determinat de ꝓpositione singulari. ⁊ ratio huiꝰ est
qꝛ in p̄mis tribꝫ subijcit terminꝰ cōis cōiter acceptꝰ. q̄ sp̄ p̄t teneri ꝓ mul-
tis. In singulari vero est terminꝰ singularis singularit acceptꝰ q̄ nō p̄t ac-
cipi ꝓ pluribꝫ. ideo in illis tribꝫ est ꝑfectioꝛ q̄titas subiecti q̄ in singulari.
Ratōne cuiꝰ inter has ꝓpositōes vltimo determinat de singulari ipaꝫ sic
diffiniēs. Singularis ꝓpositio est illa in qua subijcitur terminꝰ discretus
vel terminus cōmunis cū ꝓnomine demōstratiuo. ¶ Sciendū p̄mo q̄ in
ꝓpositiōe singulari subiectū debet teneri singulariter ⁊ ꝓ vno tm̄. sic q̄ nō
possit teneri ꝓ pluribꝫ. ⁊ qꝛ oīs terminus cōiter acceptus tenet actu vl' ap-
titudine ꝓ pluribus. Ideo in ꝓpositōne singulari nō potest subijci termi-
nus cōis cōiter acceptus. sed ibi requirit terminus discretꝰ q̄ solū tenet ꝓ
vno vel aliqd̄ sibi equalens. qd̄ etiā tenet singularit ⁊ ꝓ vno tm̄ sicut ē ter-
minꝰ cōis cū ꝓnomine demōstratiuo. qd̄ quidē ꝓnomē ɔtrahit terminuꝫ
cōem ad vnū suppositū determinatū. ¶ Sciēdū scd̄o q̄ ꝓpositio singularis
dicit quattuoꝛ modis Uno mō quādo ibi subijcit terminꝰ discretus. vt
sortes est. Scd̄o quando subijcit ibi terminꝰ cōis sumptꝰ cū ꝓnoīe de-
monstratiuo. vt iste homo currit. qd̄ debet intelligi de ꝓnoīe demōstrati-
uo p̄matiuo et nō deriuatiuo. qꝛ hec nō ē indiffinita mea tunica est alba.
Tertio mō quādo ibi subijcit terminꝰ cōis captꝰ ꝓ natura simplici signi-
ficata ꝑ ipm vel habens suppositōnem simplicē. vt homo est spēs. aīal est
genus. Quarto qn̄ subijcit aliqd̄ dictū. vt hoīem currere est possibile. vel
hic. hoīem esse aīal est necessariū. est ꝓpositio singularis simılit in oībꝫ mo-
dalibꝫ. Sciendū tertio q̄ cū dicit hoīem currere est possibile. illud dictuꝫ
hoīem currere. ibi accipit ꝓ seipo defectu vniꝰ vocis q̄ nō est imposita ad
significandū ipm. Ideo solū supponit ꝓ tali. nec p̄t supponere vel appella-
re ꝓ alio dicto sicut nō potest sumi ꝓ isto dicto. asinū moueri. vel hoīem eē
asinū. ideo tenet singularit ⁊ reddit ꝓpositōem singularē. Et licet ibi non
subijciat terminꝰ discretus formaliter. tn̄ ibi subijcit equalenter. ⁊ similiter
in alijs modalibꝫ. vnde ad declaratōem diffinitōnis ꝓpositōis singularis
hic diffinit terminꝰ discretus. ¶ Sciendū quarto. q̄ terminꝰ discretus est
q̄ aptus natꝰ est p̄dicari de vno solo. Cuiꝰ ratio est. qꝛ terminꝰ discretus
habet significatū incōicabile qd̄ est discretū id est ab oībus alijs distinctū
sꝫ incōicabile nō ɔuenit pluribꝫ actu vl' aptitudine Et qꝛ ab eē in pluribꝫ
 umit dici de multis. ideo terminꝰ discretꝰ nō potest dici de multis. sꝫ tm̄
de vno solo scꝫ de seipo. vn̄ ptꝫ q̄ idē ē terminꝰ discretꝰ s̄m logicū ⁊ nomē
ꝓprie q̄litatꝭ s̄m grāmaticū. sicut idē ē terminꝰ cōis ⁊ nomē appellatiuum
Nomē em̄ appellatiuū hꝫ significatū cōicabile multꝭ. ꝓpriū aūt icōicabile

homo

impossibile. ideo in subcõtrarijs oportet ꝙ si vna sit falsa ꝙ altera sit vera et nõ econuerso. ¶ Sciendũ ē pͥmo ꝙ due subcõtrarie in materia ꝯtingē ti dũmodo sit accidēs sepabile pñt sil' esse vere. Cuiꝰ ratio est. qꝛ in mate ria ꝯtingenti p̄dicatũ pt ꝯuenire subiecto ꝓ aliq̄ supposito eiꝰ ⁊ ꝓ aliq̄ nõ sed ꝓ supposito cui ꝯuenit verificaꝛ ꝑticularis affirmatiua. ⁊ cũ ad verita tem ꝑticularꝫ negatiue sufficit p̄dicatũ remoueri ꝓ vnico eiꝰ supposito. et ideo due subcõtrarie pñt sil' esse vere in materia ꝯtingēti. vt iste q̇dā hõ ē cecꝰ. q̇dam homo nõ est cecus. ¶ Sciendũ scd̃o ꝙ in materia naturali et remota due subcõtrarie nunq̄ꝫ pñt simul esse vere. Cuiꝰ ratio est. qꝛ ĩ ma teria naturali p̄dicatũ ꝯuenit cuilibet supposito subiecti. ideo negatiua sꝑ est falsa ⁊ affirmatiua ꝟa ⁊ ecõtra est in materia remota. qꝛ in ipa p̄dicatũ remoueꝛ a q̊libet supposito subiecti. ergo affirmatiua sꝑ est falsa ⁊ negati ua sꝑ vera. Ex q̊ patet ꝙ tres sunt ꝑtes in lege subcõtrariaꝝ. Prima est ꝙ nõ possunt simul esse false. Scd̃a ꝙ in materia ꝯtingenti pñt sil' esse vere. Tertia est ꝙ in materia naturali ⁊ remota nunq̄ꝫ possunt esse sil' vere. ⁊ sic sꝑ repugnāt in falsitate. ⁊ hoc ꝯuenit ipis ratõe sue forme oppositõis. ideo ꝑtinet formal'r ad legem ipaꝝ. sed quādoq̄ꝫ repugnāt in veritate ⁊ quan doq̄ꝫ nõ. ideo hoc ꝯuenit ipis gratie materie nec ꝑtinet formal'r ad legem vñ ptꝫ ꝙ lex subcõtrariaꝝ ꝯtrario mõ se hꝫ legi ꝯtrariaꝝ. Sciendũ tertio ꝙ due ꝯtradictorie in nulla materia pñt simul esse vere. Cuiꝰ ratio est. qꝛ in ꝯtradictorijs denotaꝛ idē inesse ⁊ nõ inesse eidē. qꝛ idē affirmaꝛ ⁊ negaꝛ de eodē. sed impossibile est idē inesse ⁊ nõ inesse eidē. qꝛ hoc est ꝯtra pͥmuꝫ pͥncipiũ oīm ꝯplexoꝝ de quo agit Aresto. quarto metaphi. ideo due ꝯtra dictorie nunq̄ꝫ pñt simul esse vere. sꝫ si vna ē vera reliqua ē falsa. ¶ Sciē dum q̄rto ꝙ due ꝯtradictorie in nulla materia pñt simul esse false. Cuius ratio est. qꝛ si pñt simul eē false tũc cũ vnũ ꝯtradictorioruꝫ sit ens ⁊ aliud nõ ens seq̄reꝛ ꝙ inter ens ⁊ nõ ens esset dare mediũ. sꝫ hoc est impossibile. qꝛ ens ꝯtinet oīa entia ⁊ oīne aliud ab ente dꝛ nõ ens. ideo due ꝯtradicto rie nunq̄ꝫ pñt simul esse false. sꝫ habēt repugnantiā in veritate ⁊ falsitate sil'. ⁊ hoc ꝑtinet formal'r ad legē ipsaꝝ. ⁊ sic patet ꝙ due ꝯtradictorie ma gis repugnāt q̄ꝫ due subcõtrarie qꝛ repugnāt in falsitate tm̄. Contra p̄dicta arguiꝛ pͥmo sic. due subcõtrarie pñt sil' esse false. qꝛ falsitas vl'is ꝓ uenit ex falsitate ꝑticularis. ergo si due ꝯtrarie pñt simul esse false due sub cõtrarie sunt simul false. Scd̃o sic. idē nõ p̄t inesse ⁊ nõ inesse eidē nec vere affirmari ⁊ negari de eodē. sed in subcõtrarijs sꝑ idem affirmaꝛ ⁊ ne gaꝛ da eodē. ergo in materia ꝯtingēti nõ pñt sil' esse vere. Tertio sic. iste sunt simul vere q̊dā ens est bonũ. q̊dā ens nõ est bonũ. ⁊ tñ sunt in ma teria naturali cũ bonũ sit ꝓprietas entis. ergo in materia naturali due sub cõtrarie pñt simul esse vere. Quarto sic. in morte sortis sortes hꝫ esse ⁊ nõ eē sil'. ergo due ꝯtradictorie pñt sil' eē vere. ꝓbaꝛ añs. qꝛ eē ⁊ nõ esse vel ꝯueniũt sorti in vno instāti vl' in diuersis. nõ in diuersis qꝛ sic esset tempꝰ mediũ inter esse ⁊ nõ eē. ergo in eodē instāti sortes hꝫ esse ⁊ nõ eē. Quin to sic si vnũ ꝯtradictorioꝝ est falsum. ergo alterũ ē falsum ⁊ sic ambo pñt simul esse falsa tenet ꝯña. qꝛ alteꝝ ē falsuꝫ vl' nõ alteꝝ ⁊ sic est neutꝝ falsuꝫ cum nõ alterum ⁊ neutrum eq̇pollent. ideo seq̄tur ꝙ neutrum est falsum. ergo ambo cõtradictoria erunt simul vera.

Tractatus primus

Ad p̄mũ dr̄ ꝙ ad falsitatē vl'is nō seq̄tur falsitas ꝑticularis sed tm̄ vni
us suoꝝ singulariũ. ⁊ lz veritas vni⁹ singularis sufficit ad veritatē ꝑticula
ris. tn̄ falsitas vni⁹ singularis nō sufficit ad falsitatē ꝑticularis. sz plus re
q̄ritur ad veritatē vl'is q̄ꝫ ꝑticularis. q2 vl'is ꝑ̄cat p̄dicatum inesse vl' nō
inesse ꝓ omnib9 suppositis ꝙ nō req̄ritur ad veritatē ꝑticularis: sed ecōuer
so plus requirit̄ ad falsitatem particularis q̄ꝫ vniuersalis. Ad scōm di
citur ꝙ licz idem nō potest simul inesse eidem in numero ⁊ nō inesse. tamē
idem bene potest inesse ⁊ nō inesse eidem in specie ꝓ diuersis suppositis. ⁊
sic verificantur subcōtrarie. Ad tertium dicit̄. ꝙ si bonũ capitur vt est
passio entis ⁊ vt ꝯuertitur cum ente illo modo sunt in materia naturali et
negatiua est falsa: sed si capiatur vt dicat bonitatem moris illo modo est
accidens respectu entis ⁊ sic iste sunt in materia ꝯtingenti. Ad quartũ
dicitur ꝙ in morte sortis ip̄e habet esse ⁊ nō esse in eodem instanti materi
aliter capto. tamē est diuersum formalit̄. q2 vt est finis preteriti habet in
eo esse. sed inquantũ est p̄ncipium futuri habz in eo nō esse. q2 em̄ nō est
idē istās formal'r. iō eē ⁊ nō eē nō debēt dici sil' ꝯuenire sorti nec optz ibi eē
temp⁹ intermediũ. Ad q̄ntũ dr̄ ꝙ q̄n̄qꝫ alteꝝ capit̄ indiffinite seu ꝑti
cularit̄ ꝓut tm̄ valet sicut vnũ vl' reliquũ. ⁊ sic bn̄ valz ꝓbatio ꝯn̄tis Alio
mō capit̄ relatiue vt ē relatiuũ diuersitat̄. ⁊ sic ꝯsequētia nō valet neqꝫ ꝓ
batio eius. q2 hoc modo capiēdo nō alteꝝ ⁊ neutꝝ nō equipollent.

Subalternaz

Lex siue natura subalternarũ talis est ꝙ si vl'is ē vera sua
ꝑticularis erit vera et nō ecōuerso. Pōt em̄ ꝑticularis eē ve
ra vniuersali existente falsa. Et si ꝑticularis est falsa sua vni
uersalis erit falsa et nō econuerso.

Postq̄ꝫ autor determinauit de lege ꝯtrariaꝝ subcōtrariaꝝ ⁊ ꝯ̄dictoria
rũ. hic ꝯn̄ter determinat de lege subalternaꝝ. Cui⁹ ratio ē q2 subalterne
nō repugnāt i veritate. q2 pn̄t sil' eē vere neqꝫ in falsitate q2 pn̄t sil' eē false.
neqꝫ in q̄litate iō repugnāt solũ in quātitate. Ideo inter oēs ꝓpositōes op
positas subalterne minus opponunt̄ ratōe cui⁹ autor determinat vltimo
de lege subalternaꝝ sic dicēs. Si vl'is est vera etiā ꝑticularis ⁊ nō ecōtra
¶ Sciendũ est p̄mo ꝙ ad veritatē vl'is seq̄tur veritas ꝑticularis scz sub
alterne. Cui⁹ due sunt cause. Prima est ꝙ si p̄dicatũ ꝓprie dicat̄ de q̄libet
supposito subiecti sicut dr̄ in vl'i etiā dr̄ de aliq̄ supposito ꝙ sufficit ad veri
tatem ꝑticular̄. Ideo ad veritatē vl'is sequit̄ veritas ꝑticular̄. Scd̄a est
ꝙ si vl'is esset vera sua ꝑticulari existēte falsa seq̄ret̄ ꝙ due contradictorie
essent sil' false ⁊ vere q2 si ista sit vera oīs hō currit. ⁊ ista sit falsa q̄dam hō
currit cũ sit subcōtraria isti⁹ q̄dā hō nō currit ip̄a ꝑ legē subcōtrariaꝝ erit
vera. sz hec q̄dā hō nō currit. ꝯtradicit p̄me scz om̄is hō currit q̄ ponebat̄
vera. g̃ due ꝯtradictorie erũt sil' vere etiā si illa sit vera oīs hō currit ꝑ legē
ꝯtrariaꝝ sua ꝯtraria erit falsa scz null⁹ hō currit sz illa ꝯtradicit ꝑticulari
scz q̄dā hō currit. ⁊ iō si ꝑticularis ponat̄ falsa ⁊ vl'is falsa due ꝯtradicto
rie eēnt false. qđ ē īpossibile. g̃ si vl'is sit v̄a sua ꝑticularis erit vera ¶ Sci
endũ scd̄o. ꝙ ad veritatē ꝑticularis nō seq̄tur veritas vl'is. Cui⁹ rō ē q2 in

materia ꝯtingenti p̄dicatū p̄t ꝯuenire alicui supposito subiecti ꝛ nō oībus
Ideo ꝑticularꝭ p̄t eē vera cū hoc sufficiat scȝ predicatū vere dici de subie-
cto ꝓ aliq̊ supposito. vl'i exn̄te falsa. Ideo q̄uis ad veritatē vl'is sequat̄ ve
ritas ꝑticularꝭ nō tn̄ ecōtra. ¶ Sciēdū tertio. ꝙ ad falsitatē ꝑticularꝭ seq̄
tur falsitas vl'is qꝛ si p̄dicatū nō verificat̄ de aliq̊ supposito subiecti nō ve
rificabit̄ de q̄libet supposito qđ req̄rit̄ ad veritatē vl'is. ḡ si ꝑticularꝭ ē fal-
sa vl'is erit falsa lȝ nō ecōuerso. etiā si ꝑticularis ponat̄ falsa. ꝛ nō vl'is seq̄-
ret̄ ꝙ due ꝯtradictorie sil' essent false ꝛ vere qđ ꝓbat̄ eodē modo q̊ supra.
¶ Sciendū q̄rto ꝙ ad falsitatē vl'is nō sequit̄ falsitas sue ꝑticularꝭ. Cuiꝰ
rō est qꝛ ad falsitatē vl'is sufficit p̄dicatū false dici de aliq̊ supposito subie-
cti sȝ ad falsitatē ꝑticularꝭ requirit̄ p̄dicatū false dici de oīni supposito sub
iecti sȝ si dicat̄ false de vno. nō opȝ ꝙ false dicat̄ de omnibꝫ. Ideo ad falsi
tatem vl'is nō sequit̄ falsitas ꝑticularis ꝛ hoc est in materia ꝯtingēti. qꝛ in
materia naturali vel remota sꝑ si vl'is est falsa ꝛ ꝑticularis erit falsa. Ex p̄
dictis colligit̄ ꝙ ad veritatē vl'is affirmatiue req̄ritur ꝙ p̄dicatū insit sub
iecto ꝓ omni supposito eiꝰ. ꝛ ad falsitatē sufficit ꝙ remoueat̄ ab eo ꝓ vnico
supposito subiecti. Sed ad veritatē ꝑticularis vel indiffinite sufficit p̄di-
catum verificari de subiecto pro vnico eius supposito sed ad falsitatem eiꝰ
oportet predicatum remoueri de subiecto pro quolibet supposito. Sed
ad veritatem singularis requirit̄ ꝙ p̄dicatum verificetur de subiecto pro
vnico eius supposito determinato. Sed ad falsitatē eius sufficit ꝙ remo-
ueatur ab eodem. Ex p̄dictis ptȝ ꝙ due subalterne nō repugnant in ve-
ritate neqȝ in falsitate cum possunt esse vere vel false nec in qualitate ꝛ iō
dictum est prius ꝙ repugnant in quantitate tantū. Contra p̄dicta
arguitur primo sic. Ad positōem vniuersalis nō sequit̄ positio particula
ris qꝛ ad positōnem animalis nō sequitur positio hominis. Ergo ad ve-
ritatem vniuersalis nō sequitur veritas particularis. Scđo sic. Ad ve-
ritatem huius q̇dam homo est animal. sequit̄ veritas istius oīs homo est
aīal. similit̄ q̇dam sol lucet. ergo oīs sol lucet. ergo ad veritatē ꝑticularis
seq̄tur veritas vl'is. Tertio sic. nō sequit̄ oē aīal p̄ter sortez currit. ḡ qđ-
dam aīal p̄ter sortez currit. ergo ad ꝟitatē vl'is nō seq̄tur ꝟitas ꝑticularꝭ
Quarto sic. in bona ꝯn̄a ꝯsequēs includit̄ in an̄cedente. sed in falsitate
particularꝭ non includit̄ falsitas vl'is. qꝛ in ꝑticulari nō includit̄ sua vl'is.
ergo ad falsitatē ꝑticularis nō sequit̄ falsitas vniuersalis. Quinto sic.
vbicūqȝ subiectū tenet̄ ꝓ eq̄multꝭ suppositis et est idē p̄dicatū ibi eadē est
causa veritatis et falsitatis. sed in vniuersali et particulari ibi subiectum
tenetur pro equemultis suppositis. aliter nō essent opposite. ergo habent
eandem causam veritatis ꝛ falsitatis quare ad falsitatem vniuersalis se-
quitur falsitas particularis. Ad primum dicitur. ꝙ ad positōnem vni-
uersalis incōplexi quod est superius alicuius inferioris nō sequitur positō
sui ꝑticularis. sed ad positōnem vniuersalis complexi quod est vniuersa-
lis propositio sequitur positio sue particularis. ꝛ de ista vniuersali ꝛ par-
ticulari est hic ad propositum. Ad scđm dicitur ꝙ licet in illis propo-
sitionibus sequat̄ ad particularē vniuersalis sua. hoc tamē est gratie ma
terie. quia nō sequit̄ in omnibus. vnde due p̄me sunt in materia naturali
in qua vniuersalis ꝛ ꝑticularis equipollent quo ad veritatē. ꝛ in alijs est

vnū solū suppositū subiecti. quare si ꝑticularis est vera ⁊ vl'is etiā est vera Ad tertiū dr̄ ꝙ male capit̄ ꝑticular̄ illi⁹ vl'is. q̄r exclusio non p̄t addi termino accepto in ꝑticulari. sed soli termino vl'r capto. sed sic debet fieri ꝑticularis. aliqđ aīal aliud a sorte currit. ⁊ bn̄ seq̄tur ad suā vl'em. Ad quartū dr̄ ꝙ lꝫ in falsitate ꝑticularis nō formal'r includat̄ falsitas vl'is. tn̄ bene virtual'r. q̄r in hoc ꝙ p̄dicatū false dr̄ de subiecto ꝓ quolibet supposito eius includit̄ ꝙ false dr̄ ꝓ aliq̄ qđ sufficit ad falsitatē eius vl'is Ad quintū dr̄ ꝙ lꝫ in vl'i ⁊ ꝑticulari p̄dicatū de eq̄multis supposit̄ subiecti dicatur. nō tn̄ eodē mō. q̄r subiectū in vl'i distribuit̄ ꝓ oībus suis suppositis in actu. sed in ꝑticulari solū tenet̄ ꝓ oīb⁹ suppositis subiecti in aptitudine non actu. actu vero pro vno.

Itē ꝓpositōnū ꝑticipantiū vtroq̄ꝫ termino ordine ecōuerso triplex ē cōuersio. s. simplex ꝑ accn̄s et ꝑ cōtrapositōem.

Postq̄ꝫ autor determinauit de oppositōe ꝓpositionū q̄ est passio ꝓpositionū vtroq̄ꝫ termino ꝑticipantiū eodē ordine Hic ꝯsequent̄ determinat de ꝯuersione que est passio ꝓpositionū vtroq̄ꝫ termino ꝑticipantiū ordine ecōuerso. ⁊ q̄r ꝯuersio dr̄ analogice de suis speciebus. ideo autor nō diffinit illam in cōi. sed solū diuidit eam. ⁊ postea diffinit eam in suis speciebus que diffinitōes dant̄ de ꝯuersione in ꝑticulari ⁊ nō in cōi. ¶ Sciendū p̄mo ꝙ conuersio capit̄ dupl'r. Uno mō ꝓ quacūq̄ꝫ mutatōe vni⁹ rei in aliā sicut cōuersio de bono in malū ⁊ aque in vinū. ⁊ sic dr̄ tam de ꝯuersione rerū q̄ꝫ ꝓpositōnū q̄ꝫ etiā ꝯsequentiaꝝ. Alio mō capit̄ specialit̄ soluꝫ ꝓ ꝯuersione ꝓpositōnis vni⁹ in aliā que est passio ꝓpositionū que ꝯuertunt̄ ⁊ sic hic capitur ⁊ nō p̄mo mō. ¶ Sciendū scđo ꝙ ꝯuersio adhuc tripl'r ꝯsideratur vno mō cōiter ꝓ omni mutatōe vnius ꝓpositōis in aliam ⁊ sic ꝯtinet conuersionē in terminis ⁊ ꝯuersionē in oppositā qualitatē que ꝯuenit oīb⁹ de contingēti ad vtrūlibet vt dicēdo. sortē currere est ꝯtingēs. sorteꝫ currere nō est ꝯtingēs. de qua agit Aresto. in p̄mo prioꝝ. Scđo modo capit̄ conuersio minus cōiter ꝓut est mutatio subiecti in p̄dicatū ⁊ econtra. siue sit in bona ꝯsequētia siue nō vni⁹ ꝓpositionis in aliā. Tertio capit̄ proprie ꝓ mutatōe p̄dicati in subiectū ⁊ econtra in bona ꝯsequētia vni⁹ propositionis ad aliā. Nō tn̄ mutatio situs terminoꝝ ꝓpositōnis cū bona ꝯsequentia vni⁹ ꝓpositōis ad aliam hic vocat̄ ꝯuersio ⁊ dr̄ debita ⁊ proprie dicta ¶ Sciendū tertio ꝙ ꝯuersio sic diffinit̄. Conuersio est propositionū cathegoricaꝝ vtroq̄ꝫ termino ꝑticipantiū ordine ecōuerso vni⁹ ad aliā formalis consequētia. In qua diffinitione ponit̄ formalis ꝯsequētia loco generis. Consequētia em̄ superi⁹ est ad ꝯuersionē ⁊ ad alias ꝯsequentias simplices. Un̄ ꝯsequētia formalis est q̄ tenet in oīb⁹ terminis ꝯsimili forma arguendi retēta. Deinde ponit̄ ꝓpositionū vtroq̄ꝫ termino ꝑticipātiū ad differentiā ꝓpositionū q̄ nō sunt vtroq̄ꝫ termino ꝑticipātes sicut fit in enthimemate vel in exemplo Et dr̄ ordine econuerso ad differentiā ꝓpositōnū eodē ordine ꝑticipantiū sicut est ꝯsequētia inter subalternas ⁊ eq̄pollentes. Ex q̄b⁹ patꝫ ꝙ in qualibet ꝯuersione cū sit ꝯsequētia due req̄runtur ꝓpositiones ⁊ p̄ma dr̄ ꝯuersa scđe ⁊ antecedēs respectu alterius. secunda

vero dr̄ ꝯuertens ⁊ ꝯsequens in ordine ad p̄mam. Sciendū quarto ꝙ pro=
positionū triplex est ꝯuersio. scȝ simplex ꝑ accidens ⁊ ꝑ ꝯtrapositōeȝ Cu=
ius diuisionis sic habet̄ sufficientia. q̄ꝛ omnis ꝯuersio est ꝯsequentia vni⁹
ꝓpositōnis ad aliam cū mutatōne terminoꝝ. vel ergo ille ꝓpositōes habēt
ꝯtrariam positōem sic ꝙ in vna ꝓpositōe ponant̄ termini finiti ⁊ in alia ter
mini infiniti ⁊ sic est ꝯuersio ꝑ ꝯtrapositōem. vel habent similem positōeȝ
sic ꝙ in vtraqȝ termini teneant̄ eodem modo. ⁊ hoc dupliciť. q̄ꝛ vł vna im
mediate ⁊ ꝯuertibiliť sequit̄ ad aliam ⁊ sic est ꝯuersio simplex. vel vna se=
quitur nō ꝯuertibiliť ad aliam ⁊ nō nisi ex ꝯsequenti: ⁊ sic est ꝯuersio ꝑ ac
cidens in qua ꝯuertens nō sequit̄ immediate ad ꝯuersam. sȝ ꝑ alteram. scȝ
ratōe vnius ꝓpositōnis q̄ p̄mo sequit̄ ad ꝯuersam ad quam sequitur sua
ꝯuertens vt patebit inferius. Contra p̄dicta arguitur p̄mo sic. Con=
uersio dicit̄ mutatio p̄dicati ad subiectum. sed p̄dicatum cum habeat ra=
tionem forme nō potest mutari in subiectum quod habet ratōem materie
nec econtra. ergo ꝯuersio nō est possibilis. Secūdo sic. Cōuersio ē mu
tatio sit⁹ terminoꝝ ꝓpositōis. ergo debet dici passio terminoꝝ ⁊ nō ꝓposi=
tionū. Tertio sic. Cōuersio nō est aliqua argumētatio cum in ip̄a nullum
sit medium. ergo ꝯuersio nō est ꝯsequentia formalis. Quarto sic. ho=
mo ⁊ risibile ꝯuertunt̄ ⁊ tamē nō ꝯuertunt̄ ꝑ aliquam speciem ꝯuersionis
ergo hic male ponunt̄ tres spēs ꝯuersionis Quinto sic Arestoteles suffi
cienter enumerans species ꝯuersionis nō ponit ꝯuersionem ꝑ ꝯtrapositio
nem. ergo male hic enumeratur. Ad p̄mum dicit̄ ꝙ ꝯuersio est possibi=
lis cum omnes sue cause sint possibiles. ⁊ licȝ p̄dicatum formaliť captum
sub ista intentōne p̄dicati nō potest mutari in subiectum. tamē p̄dicatuȝ
quantum ad id quod est bene conuertitur in subiectum ⁊ econtra Ad
scōm dicit̄ ꝙ ꝯuersio considerata quo ad id a quo nomē imponit̄ est bene
passio terminoꝝ. Dicit̄ em̄ conuersio quasi simul versio subiecti in p̄dica=
tum. sed quantum ad id cui nomē imponit̄ dicitur passio ꝓpositionū. ⁊ eti=
am mutatio terminoꝝ nō conuenit terminis absolute sed vt sunt in ꝓposi=
tione. ⁊ ideo ꝯuersio est passio ꝓpositionū ex ꝯsequēti ꝯueniens ꝓpositioni
bus gratia terminoꝝ. Ad tertiū dicit̄ ꝙ licet ꝯuersio nō sit argumētatō
ꝓpter hoc tamē nō sequit̄ ꝙ nō sit ꝯsequētia formalis. q̄ꝛ ꝯsequētia est q̊d=
dam superi⁹ ad argumētatōeȝ ⁊ ad ꝯsequētias simplices cuiusmodi est
ꝯuersio. Ad quartū dr̄ ꝙ licȝ hō ⁊ risibile habeāt ꝯuertibilitatē inter se
nō tamē ꝯuersionem. Cōuersio em̄ ⁊ ꝯuertibilitas ⁊ ꝯuertentia sic diffe=
runt. q̄ꝛ ꝯuertibilitas est passio terminoꝝ qui de seinuicem verificant̄ cō=
uertibiliter. Et conuersio est passio ꝓpositionum. sed conuertentia est pas=
sio relatiuorum que ad se inuicem referuntur. vt pater ⁊ filius. Ad quin=
tum dicitur ꝙ Aristo. solū ꝯsiderauit ꝯuersionē vt per ip̄am fit reductio
syllogismoꝝ imꝑfectorum ad ꝑfectos ⁊ ꝯuersio per ꝯtrapositōnem ad h̄
nō deseruit q̄ꝛ in ip̄a nō manent idem termini qui debent manere in redu=
ctione syllogismoꝝ imꝑfectoꝝ ad perfectos. ideo nō enumerat̄ ab aristo=
tele Sed petr⁹ hyspan⁹ ꝯsiderat ꝯuersionē vt est passio ꝓpositōnū. sed cō
uersio ꝑ ꝯtrapositōem ē passio ꝓpositionū. ideo ip̄aȝ enumerauit īter spēs
ꝯuersionis. vnde ꝯuenit etiā ꝙ iste autor determinat de ꝯuersione in p̄mo
tractatu. sȝ aristo determinat de ꝯuersione in libro de syllogismo.

Tractatus primus

Conuersio simplex est quando de subiecto fit predicatuz et de predicato subiectum manente eadem qualitate et quantitate propositõnis. Et hoc modo conuertitur vniuersalis negatiua in se. et particularis affirmatiua in se. vt nullus homo est lapis. ergo nullus lapis est homo. aliquis homo ẽ animal. ergo aliquod animal est homo.

Postꝙ autor posuit diuisionẽ ꝯuersionis Hic ꝯseqũenter determinat de membris eius. Et q2 in ꝯuersione simplici ⁊ per accidens manẽt idez termini ſm rem ⁊ vocem simul. ⁊ in ꝯuersione per ꝯtrapositõnem manẽt idem termini solum ſm vocem ⁊ variant̃ ſm significatõnem. ideo prius determinat̃ de conuersione simplici ⁊ per accidens ꝙ de alia. Et quia in conuersione simplici est simplex mutatio situs terminorum ⁊ nõ mutatur quantitas nec qualitas propositõnis. ⁊ in ꝯuersione per accidens est mutatio quantitatis cum mutatõne situs terminoꝝ. ideo prius agit de ꝯuersione simplici ꝙ de ꝯuersione per accidẽs. ¶ Sciendum est ṗmo ꝙ ꝯuersio simplex est mutatio predicati in subiectum ⁊ econtra manente eadem qualitate ⁊ quantitate. in qua diffinitõne ponitur mutatio loco generis. Deinde ponit̃ p̄dicati in subiectum ad differentiã ꝯuersionis per cõtrapositõnem vbi nõ mutat̃ simpliciter p̄dicatum in subiectum. sed mutantur termini finiti in terminos infinitos ⁊ sic variant̃ ſm significata. Deinde ponit̃ manẽte eadem qualitate ⁊ quãtitate ad differentiam cõuersionis per accidens vbi est mutatio quãtitatis ꝓpõnis. Nõ tñ est intelligenduz ꝙ hic maneat eadẽ q̄litas ⁊ quãtitas in numero cũ ꝯuertẽs ⁊ ꝯuersa differant numero. sz manẽt eadẽ qualitas ⁊ quãtitas in specie. ¶ Sciendum scd̃o ꝙ ista ꝯuersio d̃r simplex duplici de cã. Prima ẽ q2 ibi ẽ mutatio simplex p̄dicati in subiectũ ⁊ ecõtra sine aliqua mutatõe qualitatꝫ ⁊ quãtitatis. Sed in ꝯuersione ꝑ accidens ⁊ ꝑ ꝯtrapositõem nõ est simplex mutatio terminoꝝ cũ in ꝯuersione ꝑ accidens mutet̃ quantitas. In ꝯuersione aũt per ꝯtrapositõnem mutantur termini finiti in terminos infinitos. Secũda causa est q2 in hac ꝯuersione ꝓpositio ꝑ se ṗmo ⁊ ſm se totam conuertitur ⁊ nõ gratia ꝑtis sicut in ꝯuersione ꝑ accidens vbi vniuersalis ſm se totam nõ ꝯuertit̃ sed ſm suam ꝑticularem. Et inde est ꝙ in ista conuersione vna ꝓpositio ꝯuertitur simplr̃ in aliam. ⁊ ideo in ꝯuersione simplici est ꝯsequentia ꝯuertibilis. quia sicut conuertẽs sequitur ad ꝯuersam. ita econtra conuersa ad conuertẽtem. quod nõ fit in ꝯuersione ꝑ accidẽs. vnde licz ꝑticularis conuertẽs sequat̃ ad vniuersalẽ. nõ tamẽ ecõtra. vt licz bñ sequat̃. omnis homo est aĩal. ergo quoddã aĩal est homo. nõ tamẽ ecõtra. ¶ Sciendũ tertio ꝙ ſm ꝯuersionẽ simplicẽ ꝯuertit̃ ꝑticularis affirmatiua ⁊ vl̃is negatiua. q2 bñ sequit̃ quidam homo est aĩal. ergo quoddam aĩal est homo. ⁊ est ibi mutatio p̄dicati in subiectũ ⁊ ecõtra. g̊ ẽ bona ꝯuersio. añs ꝓbat̃. q2 si ista sit vera. q̄dã hõ ẽ aĩal opz ꝙ aliquid idẽ sit hõ et aĩal. ⁊ tũc sumat̃ illud idẽ qđ ẽ hõ ⁊ aĩal ⁊ vocetur sortes. ⁊ tũc arguat̃ ꝑ syllogismũ expositoriũ. i. ex terminis singularibꝫ factum. sortes est homo ⁊

nõ sequaꝛ. nullus hõ est lapis. ergo quidã lapis nõ est hõ. ꝯtradictoꝛiũ ꝯsequẽtis stabit vere cum antecedẽte. scʒ omnis lapis est homo. sed ad ipsam sequiꝛ quidam homo est lapis ꝑ ꝯuersionem ꝑ accidens. ergo ꝯtradictoꝛie stabunt simul in veritate quod est impossibile. Et simil'r posset probari ꝯuersio ꝑ accidens vl'is affirmatiue. ¶ Sciendũ quarto. ꝙ vt supponitur in hac vltima ꝓbatõne in omni mala consequentia oppositum consequentis potest stare in veritate cum antecedẽte. Cuius ratio est. quia in omni mala consequentia antecedẽs potest esse. verum ꝯsequẽte existente falso. Et ideo oppositum ꝯsequẽtis eius potest stare in veritate cum antecedente. Unde cum ꝯsequẽtia nõ diciꝛ mala nisi qꝛ ꝯsequens eius nõ includitur in antecedẽte. sed potest esse falsum antecedente existente vero. Ideo suum oppositũ p̃t esse verum cum añcedẽte talis ꝯsequẽtie Et ecõtra in bona ꝯsequẽtia ex vero nunq̃ꝫ sequiꝛ falsum licʒ ex falso aliquãdo sequaꝛ verum. Ex q̃bus ptʒ ꝙ vniuersalis affirmatiua ⁊ vl'is negatiua bñ ꝯuertuntur per accidens. sed nulla ꝑticularis potest ꝯuerti per accidens. quia sic ꝯuerteretꝛ in vniuersalem sed ad ꝑticularem nunq̃ꝫ sequiꝛ formaliter ꝓpositio vniuersalis. Ideo ꝑticularis nõ conuertiꝛ per accidẽs. Cõtra p̃dicta arguiꝛ p̃mo sic. Qualitas rei sequiꝛ quantitateʒ eius. ergo mutata quantitate mutatur qualitas. ergo in ꝯuersione per accidẽs nõ manet eadem qualitas quãtitate mutata. Scd̃o sic. Non sequiꝛ om̃is homo videt lapidem. ergo quidam lapis videt hominem. ergo vniuersalis affirmatiua nõ bene conuertitur per accidens. Tertio sic. Non sequitur. omnis homo est mortuus. ergo quoddam mortuum est homo. cũ antecedens posset esse verum ꝯsequente existente falso. ergo vniuersalis affirmatiua nõ bene conuertitur ꝑ accidẽs. Quarto sic. Non sequiꝛ. nullus homo est mulier. ergo quedam mulier nõ est homo. ergo vniuersalis negatiua nõ conuertiꝛ per accidens Quinto sic. Non sequitur. nullum animal preter hominem est rationale. ergo quoddam ratõnale nõ est animal p̃ter hominem. ergo vniuersalis negatiua nõ debite ꝯuertiꝛ ꝑ accñs

Ad primum diciꝛ. ꝙ mutata quãtitate mutatur qualitas ꝺm numerum. quia qualitas sequitur quantitatẽ in esse numerali. sed mutata quãtitate in specie nõ oportet mutari qualitatẽ in specie. quia ꝺm suum eẽ specificum nõ sequiꝛ quantitatẽ. ⁊ de ista mutatõne est ad ꝓpositum. Ad scd̃m diciꝛ. ꝙ illa nõ bene ꝯuertiꝛ. omnis homo videt lapidem. sed debet sic ꝯuerti. ergo quoddam videns lapidem est homo Unde in omni bona ꝯuersione totum id quod ponitur a ꝑte p̃dicati in vna debet poni in alia a ꝑte subiecti. Ad tertium diciꝛ ꝙ illa nõ bene ꝯuertiꝛ. quia in ista. oĩs homo est mortuus. homo supponit ꝓ p̃sentibus ⁊ p̃teritis simul ratõne illius ꝑticipij p̃teriti tp̃is mortuus ⁊ in alia ꝓ p̃sentibus solum. qꝛ nõ ampliatur sed debet sic ꝯuerti. omnis homo est mortuus. ergo quoddã mortuum est vel fuit homo. Unde tenẽdum est ꝓ regula ꝙ termini ꝯuertentis ⁊ ꝯuerse debent teneri eque ample ⁊ eque stricte scʒ ꝓ eq̃multis suppositis. aliter ille nõ essent ꝑticipãtes vtroq̃ꝫ termino ideo ista sic ꝯuertitur. Omnis homo est generãdus. ergo quoddam generandum erit homo. ⁊ debet poni verbum futuri tp̃is. vt homo stet in scd̃a pro futuris sicut in p̃ma. Ad quartum dicitur. ꝙ illa nõ bene ꝯuertitur. sed debet sic ꝯuerti.

Tractatus primus

nullus hõ est mulier. ergo q̃dam mulier nõ est hõ masculus ⁊ ponitur ibi
masculus vt hõ stet in scd̃a ꝑ viris sicut in p̃ma. Ad quintũ dicit̃ ꝙ illa
male ꝯuertit̃. sꝫ debet sic ꝯuerti. nullum aĩal p̃ter hoĩem est ratõnale. er-
go quoddã rõnale nõ est aĩal. aliud ab hoĩe resoluendo p̃ter in aliud ⁊ ab
et sic de exceptiuis que habẽt speciales modos ꝯuersionis. vt videtur in
ꝑuis logicalibus quõ specialr̃ in speciali ꝯuertuntur.

Cõuersio ꝑ cõtrapositõem est qñ de subiecto fit p̃dicatuꝫ
et de p̃dicato subiectum manẽte eadẽ qualitate et quantitate
sꝫ mutatis terminis finitis in terminos ĩfinitos. Et hoc mo-
do cõuertitur vniuersalis affirmatiua in se. ⁊ ꝑticularis nega-
tiua in se. vt oĩs hõ est aĩal. ergo omne nõ aĩal est nõ hõ. Vñ
ꝟ9. Feci simplr̃ cõuertit̃ eua ꝑ acci. Asto ꝑ cõtra sic fit con-
uersio tota. Asserit a negat e sunt vniuersaliter ambe. Asserit
i negat o sunt particulariter ambe Ecce tibi sim armigeros
ac arma bono con. Et notandum ꝙ illud signum quod est
in subiecto ꝓpositõnis q̃ debet ꝯuerti qõcũqꝫ sit illd̃ debꝫ po-
ni supra totũ p̃dicatũ ⁊ reducere ipm̃ ad subiectũ. Et propte-
rea eadẽ ẽ ꝯuersio in ꝑticularibus indiffinitis et singularib⁹.

Postq̃ autor deter. de ꝯuersione simplici ⁊ ꝑ accñs vbi mutant̃ termi-
ni s̃m sitũ solũ. Hic ꝯñr determinat de ꝯuersion ꝑ ꝯtrapositõeꝫ vbi mu-
tãtur termini finiti s̃m sitũ ⁊ s̃catã sil̃r ipaꝫ p̃mo sic diffiniẽs. Cõuersio ꝑ
ꝯpõeꝫ ẽ mutatio p̃dicati in subiectũ ⁊ ecõtra. manẽte eadẽ q̃litate ⁊ quã-
titate. sed mutatis terminis finitis in terminos infinitos. Cuius diffini-
tionis similis est explicatio. sicut p̃cedentium. nisi in hoc ꝙ ponit̃ mutatis
terminis finitis in terminos infinitos. ad differentiam ꝯuersionis simpli-
cis. ⁊ per accidens. ¶ Sciendum est primo ꝙ terminus finitus ⁊ infini-
tus ꝯtradicunt ideo dicuntur habere ꝯtrariam positõnem ⁊ nõ similem
et q̃ in ista ꝯuersione. termini finiti mutant̃ i terminos infinitos habẽtes
ꝯtrariã positõem terminis finitis. iõ talis ꝯuersio d̃r ꝑ ꝯtrapositõeꝫ. Vñ
q̃ termin⁹ finit⁹ ⁊ infinit⁹ ꝯdicũt vt dictũ ẽ. Et quãto vnũ ꝯdictoriuꝫ
ẽ magꝫ cõe ⁊ de pluribꝫ p̃dicat̃. tãto suũ ꝯdictoriuꝫ ẽ min⁹ cõe ⁊ de pauci-
oribꝫ d̃r. Iõ quãto termin⁹ finit⁹ ẽ generalior ⁊ cõior tãto termin⁹ ĩfinit⁹
ẽ specialior. vt pꝫ ꝑ exẽpla. Aĩal eñi ẽ ꝯmuni⁹ q̃ꝫ hõ sꝫ ecõuerso. nõ hõ est
cõmuni⁹ q̃ꝫ nõ aĩal q̃ d̃r de oĩbꝫ aliꝭ ab aĩali. ⁊ cũ h̃ d̃r de aliꝭ aĩalibꝫ ab
hoĩe. sꝫ nõ aĩal solũ d̃r de aliꝭ ab aĩali ¶ Sciẽdũ ẽ scd̃o. ꝙ ꝑ istã ꝯuersionẽ
debite ꝯuertit̃ vl̃is affirmatiua i vl̃eꝫ affirmatiuã. Probat̃ q̃ hec ẽ bona cõ-
sequẽtia ⁊ cõuersio ꝑ ꝯtrapositõem. vt oĩs hõ ẽ aĩal. ergo omne nõ ani-
mal est nõ homo. ⁊ sic vniuersalis affirmatiua bñ ꝯuertit̃ ꝑ ꝯtrapositõeꝫ

añs ptz. q2 bñ sequitur oĩs hõ est aĩal. ğ oĩs homo non est non aĩal. q2 aĩal et non aĩal ꝯtradicũt. et vltra bene sequit̃ oĩs homo non est non aĩal. ergo om̃e nõ aĩal non est homo ꝑ ꝯuersionẽ simplicis vl'is negatiue. Et vltra bñ sequit̃. oẽ non aĩal non est homo. ğ oẽ nõ aĩal est nõ hõ. q2 hõ et non hõ ꝯtradicunt. Jdeo de quo negatur homo. de illo verificatur nõ hõ. ergo de primo ad vltimũ bene sequitur. oĩs homo est aĩal. ergo om̃e nõ aĩal est non homo. Aliter etiã pt ꝓbari. q2 sicut aĩal est superius ad hoĩem. ita nõhõ ad nõ aĩal rõne infinitationis sicut ṗus dictum est. ergo sicut aĩal verificat̃ de hoĩe. ita nõhõ de non aĩali. ¶ Sciendũ tertio ꝙ ꝑticularis negatiua bñ ꝯuertitur ꝑ ꝯtrapositiõem. ꝓbatur. q2 bene seq̃tur quidã hõ non est lapis ergo quidam nõ lapis nõ est nõhomo. ergo ibi est debita ꝯuersio Añs ptz q2 bene sequit̃. quidã hõ non est lapis. ğ quidã hõ est non lapis. q2 lapis et non lapis ꝯtradicũt. Et vltra bene sequitur. quidã hõ nõ est lapis, ergo quidã non lapis est homo ꝑ ꝯuersionẽ simplicem ꝑticularis affirmatiue. Et vltra quidã non lapis est homo. ergo q̇dam nõ lapis non est nõhõ. q2 homo et nõ homo ꝯtradicũt. ergo de ṗmo ad vltimũ bene sequit̃. q̇daʒ homo non est lapis. ergo quidã non lapis non est nõhomo. Et sic ꝑticularis negatiua bñ ꝯuertit̃ ꝑ ꝯtrapositiõem. nõ tñ simpl'r vel ꝑ accñs. q2 argueret̃ a non distributo ad distributũ ex ꝑte subiecti ṗme qȓ in ṗma nõ distribueret̃ cũ sit subiectũ ꝓpõnis ꝑticularis et tñ in scd̃a distribueret̃ cũ sit subiectum ꝓpõis negatiue qȓ sp̃ distribuit̃ ¶ Sciendum quarto ꝙ circa ꝯuersiones ṗdictas autor ponit in textu duo notabilia. Primũ est ꝙ signum positum cũ subiecto ꝓpõnis ꝯuerse debet poni supra ṗdicatũ eius. et illud aggregatum debet poni in subiecto ꝯuertentis. Et huius rõ est q2 signũ non est subiectum nec ꝑs eius sed est dispositio subiecti inq̃tum subiectũ iõ nunq̃ debet poni ad ṗdicatũ. sed sp̃ ad subiectũ. Et hoc intelligẽdum est in ꝯuersione simplici et per ꝯtrapositionẽ. vbi manet eadẽ qualitas. et q̃ntitas et signũ. ꝛ non intelliget̃ de ꝯuersione ꝑ accñs vbi mutatur q̃titas et ꝑ ꝯñs signũ. Scd̃m notabile ꝙ eadem est ꝯuersio ꝑticularis. indiffinite et singularis. Ratio est q2 sicut singularis ꝓ vno supposito verificatur. ita etiam ꝑticularis et indiffinita. Jdeo de ipis idem est iudicium q̃tum ad ꝯuersionem. Vñ ex oĩb9 ṗdictis ptz ꝙ vl'is affirmatiua ꝯuertit̃ ꝑ accñs et ꝑ ꝯtrapositõnem simul. et vl'is negatiua simpl'r. et etiam per accidens sed particularis affirmatiuam simpliciter ꝛ particularis negatiua solum per ꝯtrapositiõem. vt ptz in his versib9. Feci simpl'r ʒ vertit̃ eua per acci. Asto ꝑ ꝯtra. sic fit ꝯuersio tota. Qui sic intelligunt̃. Feci. i. vl'is negatiua designata ꝑ e. et ꝑticularis affirmatiua designata ꝑ i. ꝯuertunt̃ simpliciter. Eua. i. vl'is negatiua designata ꝑ e. ꝛ vl'is affirmatiua designata ꝑ a. ꝯuertunt̃ ꝑ accñs. Asto. i. vl'is affirmatiua designata per ꝑ a. ꝛ ꝑticularis negatiua designata ꝑ o. ꝯuertunt̃ ꝑ ꝯtrapositõem. Et per hoc habẽtur oẽs ꝯuersiones Cõtra ṗdicta arguit̃ ṗmo sic. Termini finiti ꝛ termini infiniti non sunt ĳdẽ termini. ergo in ꝯuersione ꝑ ꝯtrapõeʒ non remanent ĳdem termini. ğ ibi non fit de subiecto ṗdicatum ꝛ econtra Scd̃o sic. sicut se habet hõ ad aĩal. ita nõhõ ad non aĩal. q2 sicut se habet affirmatio ad affirmatõem. ita negatio ad negatiõem. sed homo non pt vl'r dici de aĩali. ergo nonhomo non ṗt vl'r de non aĩali. ergo hec est mala ꝯuersio

omnis homo est aīal. ergo om̄e nō aīal est non homo Tertio sic. si ꝑticularis negatiua ꝯuerteretur per ꝯtrapositiōem argueretur a non distributo ad distributum ex ꝑte subiecti ꝯuerse qđ distribueretur in scđa. cum esset p̄dicatum ꝓpōnis negatiue. et non in p̄ma cū esset subiectum ꝓpōnis ꝑticularis ergo talis ꝯuersio ꝑticularis negatiue non valet Quarto sic. hec est bona ꝯuersio aliq̄s homo est sortes. ergo sortes est hō. ꝛ tamē signū subiecti non addit̄ p̄dicato ꝯuerse. q꜓ termino singulari nō debet addi signū ergo signū positū in subiecto non sꝑ debet addi p̄dicato in ꝯuersione simplici

Quinto sic. Due diuerse singulares opposite ꝯtradicunt. non aūt due ꝑticulares. ergo de ꝑticularibꝫ ꝛ singularibꝫ nō est idē iudiciū Ad p̄mū dr̄. q̄ in ꝯuersione ꝑ ꝯtrapositiōem nō manēt ijdē termini ſm ſcatū ꝛ modum ſcandi. manēt tn̄ idē termini ſm vocē. q꜓ in termīo infinito includit̄ tota vox termini finiti. ergo ibi fit de p̄dicato subiectū. ſm aliud ſcatū. et ita illę ꝓpōnes aliquo modo vtroq꜓ termino sunt ꝑticipantes. Ad secundū negat̄ maior. q꜓ homo est inferius ad aīal. sed non hō est suꝑius ad nō aīal. Jdeo nō silr̄ se hn̄t. ꝛ autoritas p̄allegata intelligit̄ sicut se hꝫ affirmatio ad affirmatōem. ita negatio ad negatiōem in ꝯuertibilibꝫ ꝛ nō int̄ suꝑius ꝛ inferius Ad tertiū dr̄ q̄ in hac ꝓpōne subiectum ꝯuerse nō remanet silr̄ et ſm ſcatū eius. ideo non est idē qđ distribuit̄ in p̄dicato ꝯuertentis. ꝛ in subiecto ꝯuerse nō distribuit̄. q̄re nō arguit̄ a nō distributo ad distributū respectu eiusdem termini simpl̄r. Ad quartū dr̄. q̄ illud notabile. solū intelligit̄ qn̄ predicatū ꝯuerse est terminus cōis cui posset addi signū. non aūt qn̄ est terminus singularis. Ad quintum dr̄. q̄ licet de ꝑticularibꝫ et singularibꝫ non sit idem iudicium q̄ꝰtum ad oppositōem tn̄ bene est quātū ad conuersionē ꝓpter cām prius dictam.

Propositio ypothetica est illa que habet duas propositiones cathegoricas coniunctas tanq꜓ principales ꝑtes sui. vt homo currit hō mouet̄. Dicitur aūt ypothetica ab ypos quod est sub. et thesis positio. quasi suppositio. q꜓ in ea vna ꝑs supponitur alteri. Propositionū cathegoricarū tres sunt sp̄ēs. scꝫ ꝯditionalis copulatiua et disiunctiua

Postq꜓ suꝑius determinatū est de ꝓpōe cathegorica. q̄ est simpl̄r vna enūciatio. de q̄ p̄ncipal̄r intendit̄ in h̄ tractatu. Hic autor ꝯn̄ter determinat de ꝓpōne ypothetica q̄ ꝯponit̄ ex pluribꝫ cathegoricis. et sequit̄ cathegoricā. sicut ꝯpositū sua ꝯponētia ip̄am p̄mo sic diffiniēs Propō ypothetica est illa que hꝫ duas cathegoricas tanq꜓ ꝑtes p̄ncipales sui ꝯiunctas ꝑ aliquā ꝯiūctōem. vt si hō est aīal est. ¶ Sciēdū est primo q̄ in illo relatiuo illa intelligit̄ genus diffiniti. s. ꝓpō q̄ hꝫ modū gener꜔ respectu ꝓpōnis ypotetice ꝛ cathegorice. ꝛ totū residuū ponit̄ ad drām ꝓpōis cathegorice. vn̄ ibi pōit̄ q̄ hꝫ duas cathegoricas ad icludēdā materiā ꝓpōis ypotice Due em̄ cathegorice material̄r ꝯponūt ypotheticā. Et ponit̄ ꝯiūctas ad includendū formā totius ypothetice que est esse ꝯiunctū duaꝝ cathegoricarū inter se. Et ponitur per aliquam ꝯiunctōnem ꝓpter formam partis.

Sicut em̄ in cathegorica p̄dicatū ⁊ subiectū sunt materia. ⁊ copula est forma ꝑtis. et esse vnitū seu ꝯiunctū predicati cū subiecto est forma toti⁹ Sic in ypothetica due cathegorice sunt materia. et ꝯiunctio ip̄as vniens ē forma ꝑtis. ⁊ esse vnitū duaꝝ cathegoricaꝝ est forma totius ⁊c. ¶ Sciendū est sc̄do ꝙ ꝓp̄oes ypothetice pn̄t dici affirmatiue vel negatiue. q2 vt dictū est hn̄t copulā p̄ncipalez. si ergo illa copula p̄ncipalis ponat᷑ cū negatione tūc talis ꝓpositio erit negatiua. si āt ponat᷑ sine negatione. tūc erit affirmatiua. ⁊ pn̄t dici quales. sed nō pn̄t dici q̄ꝫte Cuius rō est. q2 q̄ꝫtitas ꝓp̄onis tenet se ex ꝑte subiecti sed subiectuz cathegorice non est ꝑs ypothetice nisi tm̄ remota ⁊ non ꝓpinqua. et a ꝑtibꝫ remotis nō debet fieri denoīatio q̄re ypothetice nō dicunt᷑ esse alicuius q̄ꝫtitatis ¶ Sciendū tertio ꝙ predicta diffinitio ꝓp̄onis ypothetice p̄t dici q̄dditatiua ꝭm modū. Cui⁹ rō est. q2 explicat naturā ꝓp̄onis ypothetice ꝑ genus et drām̄. ꝑ materiā et formaz et ita ōn̄dit naturā ⁊ essentiā diffiniti eodē modo quo habet essentiā. et ꝑ eam habet᷑ sufficiēter q̄d sit ꝓpō ypothetica. Et dr̄ ypothetica ab ypos qd̄ est sub. ⁊ thesis positio quasi suppositiua locutio. q2 in vna ꝓp̄one ypothetica vna cathegorica est in potentia ad aliā. Vn̄ p̄ma quodāmodo se hȝ ad sc̄dam in rōne potentie. quare aliquo mō sibi subijcit᷑ et hoc maxīe in cōditionali. vbi vna sequit᷑ ad aliā. ¶ Sciendū q̄rto ꝙ ꝓpō ypothetica diuidit᷑ ꝑ ꝯditionalē copulatiuā et disiūctiuā. q̄ dicunt᷑ sp̄es ei⁹ ꝭm modū que diuisio ꝓbat᷑ sic. q2 in om̄i ꝓp̄one ypothetica ꝯiūgunt᷑ due cathegorice vel ergo ꝯiungunt᷑ ꝭm vocē tm̄. ⁊ sic est disiūctiua. vl᷑ ꝭm voces ⁊ ꝭcata sil᷑ et hoc est dupl᷑r. vel illa ꝭcata denotant᷑ se ꝯtinere inuicem sicut an̄cedens ꝯtinet suū ꝯseq̄ues. et copulant᷑ ꝑ modū vnius. et sic est ꝯditionalis. vl᷑ copulant᷑ ꝑ modū diuersoꝝ et non ꝑ modū vnius. et sic est copulatiua. Et ꝑ hoc patȝ ꝙ in ꝯditionali ponunt᷑ due cathegorice ꝑ modum vnius. q2 per modum antecedentis ⁊ consequentis Et quia in illa vnio est maior q̄ꝫ in alijs. Et adhuc magis vniunt᷑ in copulatiua q̄ꝫ in disiūctiua Ideo ꝯditionalis p̄cedit copulatiuā ⁊ disiunctiuā. ⁊ copulatiua p̄cedit disiūctiuā.

Cōtra p̄dicta arguit᷑ p̄mo sic. Idē est ꝓpō ⁊ vna ꝓpositio. sed ypothetica non est vna ꝓpō. ergo male ponit᷑ ꝓpositio genus eius Sc̄do sic. Ex duobꝫ entibꝫ in actu non fit vnū tertium. sed due cathegorice sīt due ꝓpositiones in actu. g̊ ypothetica nō fit ex duabꝫ cathegoricis Tertio sic. hec est ypothetica soꝛ. currit qui mouet᷑. ⁊ tn̄ ibi non est ꝯiunctio vniens illas duas cathegoricas. g̊ ꝯtra diffinitōem ꝓp̄onis ypothetice Quarto sic. Aliqua est ꝓpō ypothetica causalis. vt q2 sol lucet dies est. et alia ꝓpō localis. vt vbi soꝛt. currit plat. mouet᷑. et alia tꝑalis. vt soꝛ. studet qn̄ pla. legit et tn̄ ille sp̄es non ponūtur in diuisione ꝓp̄onis ypothetice. g̊ ip̄a est insufficiens. Quinto sic. Eadē est ꝓpō copulatiua ⁊ disiunctiua. vt sortes currit ⁊ plato disputat. vel cicero mouet᷑. g̊ membra diuisionis coincidunt et ꝑ ꝯn̄s est mala diuisio Ad p̄mū dr̄ ꝙ licet ꝓpō ypothetica nō sit vna simpl᷑r. est tn̄ vna ꝯiūctione. et sic capit vnitatē a ꝯiūctioue vniente duas cathegoricas Ad sc̄dm dr̄ ꝙ licet ex duobꝫ entibꝫ in actu inq̄ꝫtuȝ in actu sunt non fit tertiū tn̄ ex ip̄is inq̄ꝫtum vnum est in potentia ad alterū b̄n̄ fit tertium in actu. vnde in ꝓp̄one ypothetica vna cathegorica est in potētia ad aliam. quare ex eis bene potest fieri tertium. Et licet cathegorica ꝭm

eius ꝓpriū actū qui est vnio ꝑdicati et subiecti sit in hypotetica Sed tñ ille ꝓpriꝰ actus nō est ypotetice ſ3 ſub tali actu totiꝰ ypotetice ipa cathegorice ponit̄ Jō non dr̄ ibi eſſe ſub ꝓpria forma tanq̄ ſub vltia. q2 eiꝰ forma h3 ſe ꝑ modū potentie ad formā totius ypotetice Ad tertiū dr̄ ꝙ licet in illa ꝓpōne non ſit ꝯiūctio explicite. eſt tñ bñ ꝯiūctio iplicite. et iplicat̄ in h̄ relatiuo q̄ qd tm̄ valet ſicut ille. ideo ſenſus eſt. ſortes currit ⁊ ille mouet̄ Et ſilr̄ modo dr̄ de alijs. vt ſortes eſt tantus q̄tus eſt plato. ioānes eſt talis q̄lis ē petrus. ſortes eſt alicuius q̄titat3. et illius eſt plato ⁊c. Ad q̄rtu3 dr̄ ꝙ ille ſpēs ypotetice ꝯtinent̄ ſub alijs trib3 tanq̄ ſpēs inferiores. ideo non o3 eas enūerari inter illas. Unde cāl̄is ꝯtinet̄ ſub ꝯditionali. Et tp̄alis et localis ſub copulatiua. q2 cū dr̄. ſortes currit qñ plato diſputat. Senſus ē. ſortes currit in aliquo tp̄e. ⁊ in eode3 plato diſputat. Silr̄ cū dr̄ vbi ſortes currit ibi plato diſputat. ſenſus eſt. ſortes currit in aliquo loco. ⁊ in codē loco plato diſputat. ⁊ ſic in vtraq̄ rep̄it̄ copulatiua. Ad quintū dr̄ ꝙ licet in eadē ꝓpōe ypotetica material'r ꝯtineat̄ copulatiua ⁊ diſiūctiua nō tñ formalit̄ vn̄ i ipa p̄nt capi diuerſe ꝯiūctōes ꝓ copula. q2 ſi ⁊ capit̄ ꝓ copula p̄ncipali. ipa eſt ſolū copulatiua. ſi āt vel. ipa eſt ſolum diſiūctiua. q̄re eſt vnius ſpeciei ſolum et non diuerſa2 ⁊c.

Conditionalis eſt illa in qua cōiunguntur due ꝓpōes cathegorice mediante hac cōiunctione ſi. vt ſi ſortes currit ſortes mouetur. Et illa cathegorica cui immediate cōiungit̄ hec cōiunctio ſi. dicit̄ añs reliqua vero conſequens

Poſtq̄ autor poſuit diffinitionē ꝓpōnis ypotetice et diuiſionē eiꝰ Hic p̄nr̄ determinat de mēbris diuiſionis eius. ⁊ q2 conditionalis eſt pfectior alijs ypotheticis. q2 in ipa vniunt̄ due cathegorice ꝑ modū añcedētis ꝯſequētis et ꝑ modū vnius Jn alijs āt vniunt̄ ꝑ modū diuerſo2. ideo autor ꝑus determniat̄ de cōditionali q̄ de alijs. ipam ꝑmo ſic diffiniēs. Cōditionalis eſt illa in qua vniunt̄ due ꝓpōnes cathegorice ꝑ hāc ꝯiunctionē ſi. ¶ Sciēdu3 eſt ꝑmo. ꝙ talis ꝓpō dr̄ conditionalis. que ponit veritatē ſue ꝯſequentis cōditionalit̄ tm̄. ⁊ non abſolute. Unde ponit ſuā veritatē ſub illa conditione. Si añs eius ſit verū ꝯſequēs eius etiā eſt verū. ⁊ q2 iſta cōiunctio ſi denotat ꝯſecutōem ⁊ añceſſionē vnius ꝓpōnis ad aliā. ideo i cōditionali due cathegorice ꝯuenienter ꝯiūgunt̄ ꝑ hanc ꝯiūctōem ſi. vl' aliā ſibi equalentem. Ex quo p3 ꝙ ad ꝯpletā rōem ꝯditōalis ſufficit ꝙ vna ꝓpō denotet̄ ſeq̄ ad aliā. ⁊ q2 hoc fit in ꝓpōne cauſali. vbi denotat̄ ꝙ añs ē cauſa ꝯſequent3. ⁊ infert ipm vt h̄. q2 ſol orit̄ dies ſit / ideo cauſalis eſt vna ſpēs ꝯtenta ſub ꝯditionali. ſed vltra rōnem ꝯditionalis addit cāl̄itatē ſui añcedent3 reſpectu ꝯñtis. rōne cuiꝰ plus requirit̄ ad veritatē eiꝰ q̄ ad veritatem cōditionalis. ¶ Sciendū ſcd̄o. ꝙ ad veritatē ꝯditionalis requirit̄ ꝙ añs nunq̄ poſſit eſſe verū ſine ꝯſequēte hoc eſt ſine veritate ſui cōſequētis. Cuius ratio eſt. q2 cōditionalis vera importat neceſſariā ꝯſequētiam

sed in omni bona ɔsequentia. si añs sit verum ɔseq̃ns eius erit veruȝ. q2 consequens actu ⁊ intellectu intelligitur in añcedente. et in eo includitur Sȝ quare ex vero nunq̃ȝ sequitur falsum. ratio est. q2 in ipo nunq̃ȝ includitur falsuȝ licet ex falso qñq̃ȝ sequatur verũ. ideo in cõditionali si añs sit verũ ɔsequens erit verum ¶ Sciendũ tertio. ꝙ ad falsitateȝ conditionalis sufficit ꝙ añs possit esse verũ sine ɔsequente. Cuius rõ est. q2 ɔditionalis denotat cõsequentiam vnius ꝓpõnis ad aliam. sed ad hoc ꝙ sit mala ɔsequentia. sufficit ꝙ ɔsequens non includitur in añcedente. ideo q2 nõ est nccãria habitudo añcedentis ⁊ ɔseq̃tis non repugnat añs esse verũ sine ɔsequente. Vñ in cõditionali illa ꝓpõ cui imediate ɔiungitur illa ɔiunctio si. d2 añs alia vero ɔsequens Et q2 omis añcessio d2 ɔsequents antecessio. ideo ad significatõem huius dcõnis añcessio d2 ɔsecutio relatiui ⁊c̃. Ex predictis pꝫ ꝙ oĩs conditionalis vera est necessaria. q2 dt ɔseq̃ns necessariã ɔseq̃ntiam vnius ꝓpõnis ad aliam qd requiritur ad veritatem eius. Licet tamen quelibet pars eius per se sumpta qñqȝ sit falsa et impossibilis. Sed omis ɔditionalis falsa est impossibilis. q2 ipa dt ɔsequentiã vnius ꝓpositionis ad aliam. Et illa ɔsequentia ꝓ nullo tpe est necessaria. siue ibi sit habitudo ɔtingens siue impossibilis. Ideo conditionalis falsa pro omi tempore est falsa ⁊ impossibilis. ¶ Sciendũ quarto. ꝙ a tota conditionali duobus modis arguitur. Uno vno modo a positione antecedentis ad positionem consequentis. vt hic. si sortes currit sortes mouetur. sed sortes currit. ergo sortes mouetur. Secundo a destructione cõsequentis ad destructõnem antecedentis. vt si sortes currit sortes mouetur. sed sortes non mouetur. ergo sortes non currit. Et tales syllogismi dicuntur ypotetici. Posset etiam aliter argui per regulas cõseq̃tiarum. vt iam patuit per istam. Quicq̃d sequitur ad consequens bone consequentie etiam sequitur ad eius antecedens. Et per istam. Quicquid antecedit ad antecedẽs bone conseq̃tie etiam antecedit ad eius cõsequens. Ratio illius. quia cõditionalis est q̃dam consequentia. vt prius dictum est. Contra predicta arguitur pmo sic. Hec est conditionalis. Si homo esset asinus. homo esset rudibilis. et tamen ibi non coniunguntur due cathegorice. sed due orationes coniunctiue. ergo male diffinitur conditionalis. Secundo sic. hec est conditionalis. Sortes currit. ergo sortes mouetur cum sit hypotetica. ⁊ non est copulatiua nec disiunctiua. ergo conditionalis. et tamen ibi non coniunguntur due cathegorice per hanc coniunctionem si. ergo contra diffinitionem. Tertio sic. In ista. si homo est asinus equus currit. antecedens non potest esse verum sine consequente. cum illud antecedens nullo modo possit esse verum. Et tamen non est conditionalis vera ergo ad veritatem eius non sufficit ꝙ antecedens non possit esse verum sine consequente. Quarto sic. hec est conditionalis vera. si sortes currit. sortes mouetur. et tamen non est necessaria cum vtraqȝ sit contingens. ergo nõ omnis conditionalis vera est necessaria. Quinto sic. Hec est conditionalis falsa. si homo currit homo est albus. Et tamen potest esse vera. supposito ꝙ omne currens sit album. ergo non omnis conditionalis falsa est impossibilis. Ad pmũ dicitur ꝙ illa nõ est conditionalis ꝑ se pmo. sȝ solum ꝑ reductiõem illarum coniũctiuarum ad propositiones indicatiuas

Tractatus primus

Ratio est. qꝛ ꝯditionalis denotat veritatem sui ꝯsequentis seq̄ ad verita-
tem añcedentꝭ. sed añs non p̄t esse verū vel falsum. nisi sit oꝛ̄o indicatiua.
Ad scd̄m dꝛ ꝙ licet in ista nō ponat̄ illa ꝯiunctio si formaliter. ponitur
tñ ꝟtualiter in hac ꝯiunctione ergo. que denotat ꝯsequētiā vnius ad aliā
sicut illa ꝯiūctio si. Et licet illa ꝓpō ponat veritatē sui añcedentis. hoc tñ
non est inq̄tum cōditionalis. sed ꝟtute modi positōis. ꝛ ꝓlationis cathe-
goꝛice p̄me Ad tertiū dꝛ. ꝙ licet in illa ꝓpōne añs non p̄t esse veꝝ sine cō-
sequente ꝓpter repugnātiam suoꝝ termīoꝝ tamē hoc non repugnat ꝓpter
habitudinē eius ad suum ꝯsequens. q̄n posset esse verū sine ꝯsequēte. qꝛ si
poneret̄ añs esse verum ꝑ impossibile. nō tñ pꝛopter hoc ꝯñs poneret̄ esse
verū. Ideo illa non est ꝯditionalis vera. Ad quartū dꝛ. ꝙ licet vtraq̄
pars eius sit ꝯtingens. tñ habitudo vnius ad aliam est necessaria. et h̄ suf-
ficit ad necessitatē cōditionalis. que solū denotat habitudinē necessariam
vnius ad aliam Ad q̄ntum dꝛ ꝙ si ponat̄ ista vniuersalis. oīe currēs
est albū tunc ꝯsequens de necessitate sequit̄. sed hoc erit de ꝟtute illarum
duaꝝ p̄missarū. Oīe currens est album. et hō currit. ꝛ non ꝟtute huius
solius ꝓpōnis. homo currit. Ideo illa ꝯditionalis p̄ma non ꝓpter hoc est
vera. sed sed semꝑ est impossibilis. Sequit̄ tex.

**Copulatiua est illa in qua coniungunt̄ due propositio-
nes cathegorice per hāc cōiunctōem et. vel aliquā sibi similē
vt sortes currit et plato disputat. ioannes tacet et petrus can-
tat. et sic de similibus.**

Postq̄ autoꝛ determinauit de conditionali. Hic ꝯsequēter s̄m oꝛdi-
nem ꝓpōnū ypotheticaꝝ supꝰius habitū determinat de ꝓpōne ypothetica
copulatiua. ip̄am sic diffiniēs. Copulatiua est illa in qua ꝯiungunt̄ due ca-
thegoꝛice ꝑ hanc ꝯiunctōem et. vel aliam sibi equalentē Et ponit̄ ꝑ hanc
ꝯiunctōem et. ad differentiam aliaꝝ specieꝝ yporetice in q̄bꝰ cathegoꝛice
ꝯiungunt̄ ꝑ alias ꝯiunctōes vel per aliq̄d sibi equalens. Et talis ꝓpō dꝛ
copulatiua. magis q̄ disiunctiua. vel aliq̄ alia spēs ꝓpōnis ypothetice. q̄a
licet in aliis cōiungant̄ due cathegoꝛice ꝑ aliquā ꝯiunctiōem tamē in ista
solum copulant̄ per ꝯiunctōem copulatiuā, Unde in ꝯditionali vniunt̄
per modū vnius scꝫ añcedentis ꝛ ꝯsequentꝭ. que seinuicem includunt Et
in disiunctiua solum coniungunt̄ q̄ꝫtum ad voces. ꝛ disiungunt̄ q̄ꝫtum ad
s̄cata. Ideo in sola copulatiua cathegoꝛice copulant̄ simpl̄r ꝛ ꝑ modū di-
uersoꝝ ¶ Sciendū est p̄mo. ꝙ ad veritatem copulatiue requirit̄ vtrāq̄ ꝑ-
tem esse verā. Cuius rō est. qꝛ copulatiua ponit ambas ꝑtes affirmādo
ip̄as s̄m sua s̄cata. Ideo ad veritatem eius requirit̄ ꝙ vtraq̄ pars sit ve-
ra. Ipa em̄ est sicut totum integrale respectu suaꝝ ꝑtium. sꝫ ad esse totius
integralis requirit̄ esse cuiuslibet ꝑtis eius. ideo ad veritatē copulatiue re-
quirit̄ veritas cuiuslibet ꝑtis eius. Q̄uis in tꝑali vltra hec requirat̄ ꝙ am-
be ꝑtes sint vere ꝓ eodeꝫ tꝑe. et hoc est ideo. qꝛ oīs spēs addit aliq̄d vltra
suum genus, modo tꝑalis est vna spēs copulatiue. Et etiam in locali req̄-
ritur vtrāq̄ partem esse veram pꝛo eodem loco. vt hic. Soꝛtes currit vbi

plato disputat. hoc tamē nō reqritur inquantū copulatiua. sed inquantuꝫ
talis copulatiua est localis. ¶ Sciendū scđo. ꝙ inter oēs spēs hipotetice
copulatiua habet minorē veritatē. q² ipa ponit duas cathegoricas simul
quantū ad veritatē eaꝝ. ꝓus dictū est Conditionalis aūt solū ponit habi
tudinem vnius ꝓpositōnis ad aliam. Et disiunctiua solū ponit veritateꝫ
vnius cathegorice. Ideo copulatiua habet minorē veritatē inter oēs spe-
cies ꝓpositōnis hipotetice. ⁊ est simpl'r ꝓpositio plures. q² est solū vna ꝯiū-
ctiue ⁊ ꝫm q̇d. Unde q² copulatiua sil'r ponit veritatē vtriusq̧ ꝑtis ei⁹ seor
sum. ergo est bona ꝯsequentia. vn̄ bn̄ sequit᷑. homo est aīal. ⁊ deus est. ergo
homo est animal. ¶ Sciendū tertio. ꝙ ad falsitatem copulatiue sufficit al
teram partē esse falsam. Cuius ratio est Nā ponit simul ambas ꝑtes ei⁹
sicut vl'is oēs suas singulares. ġ ꝓpter falsitatē vni⁹ cathegorice ipa tota
est falsa. Et copulatiua cui⁹ ābe ꝑtes sunt false. nō est magis falsa intēsi-
ue. q̄ʒ illa q̄ habet tm̄ vnā falsam lʒ sit magis falsa extēsiue. q² falsitas ei⁹
ad plura se extendit. Et ex isto sequit᷑ ꝙ arguendo a falsitate vni⁹ cathe-
gorice ad falsitatem totius copulatiue est bona ꝯsequentia Et etiā sequi
tur ꝙ ad possibilitatē totius copulatiue reqritur possibilitas vtriusq̧ ꝑtis
eius. Et nō sufficit ꝙ ambe ꝑtes ꝫm se sint possibilies. sed reqritur ꝙ sint
cōpossibiles inter se. Ideo illa nō est possibilis copulatiua. sortes est. ⁊ sor-
tes nō est. q² ille due nō sunt inter se cō possibiles in veritate cū sint ꝯtradi
ctorie. sed ad necessitatem copulatiue requirit᷑ necessitas vtriusq̧ ꝑtis. et
ad ꝯtingentiam eius sufficit ꝯtingētia vnius ꝑtis eius. nisi altera sit ipos
sibilis. ¶ Sciendū quarto. ꝙ ad dandā ꝯtradictoriā disiūctiue ⁊ copula
tiue habetur talis regula. ꝙ copulatiua ⁊ disiūctiua de ꝑtibus ꝯtradicen
tibus ꝯtradicunt. q² nō possunt simul esse vere neq̧ false. sed repugnāt in
veritate ⁊ falsitate siml'. ⁊ posset etiā alit᷑ dari ꝯtradictio ponēdo in omni
bus hipoteticis negatōem ad copulā ꝑncipalē toti⁹ hipotetice vl' ꝑponē
do negatōem toti ꝓpositioni. q² nō ē veri⁹ dare ꝯtradictōem q̄ʒ toti ꝓpo-
sitōi ꝑponere negatōem. Et ꝑ hoc pʒ q̇d sit ꝓpositio copulatiua. ⁊ q̇d ad
veritatē ⁊ falsitatē eius requirit᷑. Cōtra ꝑdicta arguit᷑ ꝑmo sic. Hec ē
copulatiua. sortes ⁊ plato currūt. ⁊ tn̄ ibi nō sunt due cathegorice. ġ diffi-
nitio copulatiue est insufficiēs. Scđo sic. hec est copulatiua. oīs hō cur-
rit. q² ꝯtinet oēs suas singulares copulatiue. vt sortes currit plato currit.
sic de aliȷs. ⁊ tn̄ ibi nō est ꝯiunctio copulatiua. ġ ꝯtra diffinitōem. Ter
tio. si hec est copulatiua vera. omnis hō est aīal. ⁊ lapis est lignum. ergo ad
veritatem eius nō requirit᷑ veritas vtriusq̧ ꝑtis. Añs pʒ. q² omnis ꝓpo
sitio dicens aliq̇d esse sicut est. vera est. sed ista dicit hominē esse aīal. ⁊ ita ē
ergo est vera. Quarto sic. in copulatiua magis vniunt᷑ cathegorice q̄ʒ in
disiunctiua in qua vniunt᷑ ꝫm vocem tm̄. ergo si copulatiua est magis vna
q̄ʒ disiunctiua. nō ꝯtinet minorem veritatem omnib⁊ aliȷs sicut dictum ē.
Quinto sic. Totum valet tm̄ sicut quelibet ꝑs. ergo ad hoc ꝙ tota co-
pulatiua sit falsa oportet quālibet partē esse falsam.

Ad ꝑmū dr̄ ꝙ si in ista. sortes ⁊ plato currūt. cōiunctio et copulet inter
terminos scʒ inter sortē ⁊ platonē ipa est cathegorica de copulato extremo
scʒ de subiecto. sed si copulet inter ꝓpositōes virtual'r est copulatiua ⁊ va-
let illam sortes currit ⁊ plato currit. Ad scđm dr̄ ꝙ lʒ oīs homo currit.

Tractatus primus

ↄtineat materialr plures cathegoricas copulatie. tñ ille nõ ↄtinenẜ p mo
dũ pluriũ. sz p modũ vni⁹ dicibilis. q̄re nõ est copulatiua. q2 in copulatiua
ↄiungunẜ due cathegorice simpl'r ꝛ p modũ pluriũ. Ad tertiũ d2 ꝙ ista
Homo est aĩal. ꝛ lapis est lignũ dicit aliq̄d esse sicut est quantũ ad ptem
sui ẜcati. nõ tamẽ ẜm totum suum ẜcatum. quod tamẽ requiritur ad ve
ritatem copulatiue. Ad quartũ dicitẜ. ꝙ licet in disiunctiua cathegorice
minus vniãtur q̄ȝ in copulatiua. tamen disiunctiua ponit veritatem vni⁹
cathegorice. ideo habet simpliciter maiorem veritatem q̄ȝ copulatiua.
Ad q̄ntum dicitẜ ꝙ si capiatur totum distributiue tunc ad hoc ꝙ tota
copulatiua sit falsa requiritẜ falsitas cuiuslibet partis eius. Sed si capiatẜ.
totum collectiue siue indiffinite sicut capitẜ in ꝑposito. sic tota dicitur falsa
propter falsitatem vnius partis.

Disiunctiua est illa in qua cõiunguntur due ꝑpositões ca
thegorice p hãc cõiũctõem vel. vt sortes currit vl' plato dispu
tat. Ad veritatẽ cõditionalis requiritẜ ꝙ antecedẽs nõ potest
esse verum sine cõsequente. vt si homo est animal est. Unde
oĩs cõditionalis vera ẽ necessaria et oĩs cõditional' falsa ẽ im
deberet habere. Ideo đꝛ tempe determinato a natura ratiōe cui⁹ catul⁹
an̄ nonū diē nō est cecus ꝙ̄uis careat visu. cū nō habeat tempus determi-
natum a natura ¶ Sciendū tertio ꝙ duplex est ꝑuatio. quedam est ꝑfe-
cta que negat habitum ꝛ propinqua ꝑncipia habitus. ꝛ solum relinquit
principia remota ipius. sicut est cecitas respectu visus que negat visum ꝛ
debitam cōplexionem organi visus. ꝛ de tali priuatōne nō potest fieri re-
gressus in habitum. Alia est ꝑuatio imꝑfecta. que negat habitū tm̄. ꝛ de
relinquit ꝑncipia habitus tā remota ꝙ̄ ꝓpinqua. vt q̇es respectu motus
et tenebre respectu lucis. ꝛ a tali ꝑuatōne potest fieri regressus in habituꝫ
et ecōtra. vt post quietem potest fieri motus. sed solum de ꝑuatiue oppo-
sitis in quibus est perfecta ꝑuatio datur illa diffinitio ꝑuatiue oppositoꝝ
ideo bene poniꝛ ordine irregressibili ad differentiā ꝯtrariorū ꝛ ꝯtradicto-
riorum. ¶ Sciendū quarto ꝙ ꝯtradictio sic diffiniꝛ. Est oppositio cui⁹
ꝭm se nō est dare medium. Et ponitur oppositio loco generis. Et poniꝛ
cuius ꝭm se nō est dare medium ad differentiā omniū aliarum oppositio-
num. vbi semꝑ potest reꝑiri medium vel ꝑ ꝑticipatōnem vel ꝑ abnega-
tionē. qđ nō p̄t fieri in ꝯtradictorijs. Cuius ratio est. qꝛ ꝯtradictio ē re-
pugnātia ꝯtradictorioꝝ inter se. sed inter ꝯtradictoria nullum est mediū
qꝛ ꝯtradictoria sunt illa quoꝝ vnū simplr̄ đt negatōnem alterius ꝛ nihil
poniꝛ affirmatiue. vt sunt ens ꝛ nō ens sedet ꝛ nō sedet. ꝛ qꝛ inter ens et

nō ens simplr̄ nō potest dari mediū. Ideo in ꝯtradictōe nō pt̄ repiri me-
dium. ⁊ hoc sibi ꝯuenit ꝑ se ꝑmo ⁊ nō ꝑ ꝑticipatōem ratōe alicuiꝰ oppo-
sitōis ꝓcedentis. Ideo dr̄ ꝙ sibi ꝯuenit ꝯm se. Et ꝑ hoc habet̄ intellectꝰ
diffinitōnum istaꝝ oppositionū. ¶ Contra ꝑdicta arguit̄ primo sic. Ra
tionale ⁊ irrationale ꝑuatiue opponuntur. simil̄r equale ⁊ inequale. Et ta
men nō habent fieri circa idem. ergo male ponit̄ diffinitio ꝑuatiue opposi-
toꝝ. Scd̄o sic. illud qd̄ est nō ens nō potest fieri. q̄r factio terminat̄ ad
esse rei. sed ꝑuatio est nō ens. ergo nō habet fieri circa aliquod subiectum.
Tertio sic scia ⁊ ignorantia opponunt̄ priuatiue. q̄r ignorantia est ꝑuatio
scie. ⁊ tamē de ignorātia natural̄r potest fieri regressus ad sciam. cum ali-
qui sint ꝑmo ignorātes ⁊ postea efficiunt̄ scientes ꝑ studium. ergo priua-
tiue opposita nō semꝑ fiunt ordine irregressibili. Quarto sic. omnis op
positio habꝫ duo extrema. sed ꝯtradictio nō habꝫ duo extrema cuꝫ sit in
ter ens ⁊ nō ens simpl̄r. sed nō ens nō est vnum extremum simpl̄r. ergo
ꝯtradictio nō est oppositio. Quinto sic. in oppositōne ꝯtrarioꝝ imedia
toꝝ nō repitur mediū. ergo diffinitio ꝯtradictōis ꝯuenit alijs a diffinito
☞ Ad ꝑmum dicit̄ ꝙ rationale ⁊ irrationale ꝯm modos ꝯcandi ⁊ intel
ligendi quibꝫ cognoscunt̄ a nobis. scꝫ vnum ꝑ abnegatōem alterius sunt
aliquo mō ꝑuatiue opposita. tamē ꝯm id qd̄ sunt nō sunt ꝑuatiue opposi-
ta. cum sint forme positiue. sed magis habent ratōnem ꝯtrariorum. Et
eo modo quo ꝑuatiue opponunt̄ habēt fieri circa idem subiectū licꝫ nō in
spē vel numero. Ad scd̄m dr̄. ꝙ licꝫ ꝑuatio nō fiat ꝑ se. fit tamē ꝑ acci-
dens. scꝫ ꝑ corruptōem habitus. q̄r etiam nō est ens nisi ꝑ accidens ⁊ ꝯm
quid Ad tertiū dr̄. scia ⁊ ignorantia priuatiue opponunt̄ priuatōe im-
perfecta. sed nō priuatōne perfecta. Et solum de priuatōne perfecta da-
tur ista diffinitio. Ad quartum dicitur. ꝙ lꝫ nō ens simpl̄r nō sit vnū
extremum ꝯm rem, tamen bene ꝯm intellectum qui concipit nō ens ꝑ ab
negatōnem entis. ⁊ sic nō ens bene est vnum extremum oppositōnis cō-
tradictorie. sed non secluso opere intellectus. Ideo sine operatōne intelle-
ctus contradictio nō habꝫ esse complete in rebus nisi ꝯm potentiam. sed
ꝑficitur in actu per intellectum. Ad quintum dicitur. ꝙ licꝫ inter con
traria immediata nō sit medium per participatōnem. est tamen mediuꝫ
per abnegatōnem de quo potest vere negari vtrūqꝫ ꝯtrariorū immedia-
toꝝ. ⁊ inter ꝯtradictoria nullum est simpl̄r medium.

PRius dicit̄ quadrupliciter. Primo modo ⁊ proprie
aliquid dicitur prius altero ꝯm tempꝰ. put aliquis
dicitur senior et antiquior altero. sicut homo habēs triginta
annos dicitur prior homine habente viginti annos. Secū
do modo aliquid dicit̄ prius a quo nō ꝯuertit̄ subsistendi
cōsequentia. vt vnū est prius duobus. Duobus em̄ existen
tibus mox cō sequens est vnū esse. vt si duo sunt vnum est. ⁊

nõ econuerso. Tertio modo dicit̃ prius ſm̃ ordinẽ quendã. vt in diſciplinis principia priora ſunt concluſionibus. et in grammatica littere ſunt priores ſyllabis. Et in oratõne ꝓhemium eſt prius narratõne. Quarto modo dicit̃ prius quod melius eſt ꝛ honorabilius. Conſueuerũt em̃ plurimi homines honorabiliores ꝛ magis dilectos apud ſe dicere priores. Preter hos quattuor modos iã dictos ẽ vnus alter modus prioritatis. Eorũ que ↄuertunt̃ ſm̃ eſſendi ↄſequentiã. ꝛ alterum eſt quodãmõ cã alterius. illud qđ eſt cã alteris ẽ prius natura. vt hec res hoĩem currere ↄuertit̃ cũ hac oratõne homo currit. ꝛ ſi hoĩem currere ſit verum. hec eſt vera hõ currit. et econuerſo. Res aũt eſt cauſa oratõnis vere de ſe facte ꝛ non econtra. ab eo em̃ ꝙ res eſt vel nõ eſt oratio dicitur vera vel falſa. ergo hec res hoĩem currere prior ẽ hac oratõe hõ currit

Poſtq̃ȝ autor ſuperius determinauit de poſtp̃dicamento oppoſitõis qđ valet ad cognoſcẽdũ diſtinctõem ꝛ diuerſitatẽ dicibiliũ incõplexoꝝ q̃ ponunt̃ in p̃dicamẽto. Hic ↄñr determinat de poſtp̃dicamẽto prioris. qđ valet ad cognoſcendum ordinem eorũdem dicibilium aſſignans quinq̃ȝ modos eius qui in his verſibus ↄtinentur. Tempore natura prius ordine dic ꝛ honore. Cauſam cauſato dicimus eſſe prius. Et lȝ poſterius ſit vnũ p̃dicamentũ. tñ qꝛ prius ꝛ poſterius relatiue opponunt̃. Ideo q̊t modis dr̃ vnum tot modus ꝛ reliquum. ꝛ cognito vno cognoſcitur reliquuȝ Ideo per diſtinctõnem modorũ prioris ſatis habet̃ diſtinctũ poſteriꝰ. nec erat ſpecialr̃ determinandũ de ipo poſteriori. ¶ Sciendum eſt primo. ꝙ primus modus ꝛ ſcđus ſic inter ſe differũt. qꝛ prius primo modo quod eſt prius tempore dicitur illud. cuius duratio p̃cedat duratõnem alterius. ſiue illa duratio p̃cedat ſm̃ tempus proprie dictuȝ ſiue ſm̃ tempꝰ captũ pro euiternitate ſiue eternitate. vt aliquis homo ſenior altero dicit̃ prius ſm̃ tẽpus ꝛ duratõem eius. Et valet iſte modus ad cognoſcendũ ordinem inter vniuerſalia que ſunt perpetua. ꝛ ſingularia que ſunt corruptibilia ꝛ temporalia. vniuerſale em̃ quod ſp̄ eſt. eſt prius duratõe quolibȝ ſuorum ſingulariũ. cũ ab ipis nõ accipiat eſſe. ſȝ ſibi dat eẽ. Sȝ prius ſcđo mõ qđ ẽ prius natura dr̃ illđ qđ nõ ↄuertit̃ ſm̃ eſſendi ↄſequẽtiã. Vel eſt illđ qđ req̃rit̃ ad eſſe alterius. ꝛ alterum nõ requiritur ad eſſe eius. ſicut vnũ eſt prius duobus. Et dicitur conſequentia eſſendi in qua ad eſſe vnius ſequitur eſſe alterius. vt hic. homo eſt. ergo animal eſt. Et dicitur cõuerti debite talis ↄñã qñ ſicut ad eſſe primi ſequit̃ exiſtentia ſecundi. Ita ad

exiſtentiā ſcđi ſequit̄ exiſtētia ꝑmi. vt homo eſt. ergo riſibile eſt ⁊ ecōtra. ri
ſibile eſt. ergo homo eſt. Et valet iſte modus generalr̄ ad cognoſcendū
ordinē ſupioris ad inferiꝰ. qꝛ om̄e ſuperiꝰ hoc mō eſt ꝑus ſuis inferioribꝫ
¶ Sciendū ſcđo. ꝙ tertius ⁊ quartꝰ modi ſic inter ſe diſtinguunt̄. qꝛ ꝑus
tertio mō ē qđ ē ꝑus ordine cōpoſitōis vl' doctrine. ſicut illđ qđ ē ſimplici
us alio. vt ꝑma ꝑncipia ſunt ꝑora ꝯcluſionibꝫ ⁊ lr̄e ſyllabis ⁊ ſyllabe dicti
onibꝫ. Et đꝛ tale ꝑus ordine capiēdo ordinē ſpecialr̄ ꝓ ordine cōpoſitōis
vel diſcipline vbi ꝓcedit̄ a ſimplicibꝫ ad cōpoſita. ⁊ nō capiendo ordinem
generalr̄ ꝓ quocūqꝫ ordine rei vel ratōis. ⁊ ꝑ hūc modū cognoſcimꝰ diffe
rentiā generis ⁊ differētie ad ſpēm que ex ipis cōponit̄. ſꝫ ꝑus quarto mō
qđ eſt ꝑus honore đꝛ illud qđ ē ꝑfectiꝰ ⁊ honorabiliꝰ altero. ⁊ đꝛ ꝑus ſm
viā ꝑfectōis. vt hō virtuoſus đꝛ ꝑus hoīe nō virtuoſo. ⁊ hoc modo om̄e
inferius cū ſit ꝑfectius ſuo ſupiori đꝛ ꝑus ipo. ⁊ ſic iſte modus valet ad
cognoſcendū ordinē ſpecieꝝ ad ſua genera. ¶ Sciendum tertio ꝙ prius
q̇nto modo dicit̄ quod ꝯuertit̄ ſm eſſendi ꝯſequentiā. ⁊ tamē vnū eſt cau
ſa alterius vt homo ⁊ riſibile ꝯuertunt̄ ſm exiſtētiam ⁊ tamē homo eſt cā
riſibilis. ⁊ etiā veritas oratōis ⁊ res ſcata ꝑ eam que eſt cōpoſitio p̄dicati
cum ſubiecto ꝯuertunt̄ ſm eſſe. ⁊ tamē res ſcata ꝑ oratōem eſt cauſa ve-
ritatis eius. qꝛ ab eo ꝙ res eſt vel nō eſt. oratio đꝛ vera vel falſa quod nō
eſt intelligendū de re ſubiecti vel p̄dicati. ſed de re ſcata formalr̄ ꝑ oratio
nem vt eſt inherētia vel cōpoſitio p̄dicati cum ſubiecto. ⁊ valet iſte modꝰ
ad cognoſcendū ordinē differētie ad ſpēm. ⁊ ſpēi ad accidētia ſua propria
et differt ab omnibꝫ p̄cedētibꝫ modis. eo ꝙ ꝯuertit̄ ſm eſſendi ꝯſequētiā
qđ nō fit in aliquo p̄cedentiū. ¶ Sciendū quarto. ꝙ iſtoꝝ q̇nqꝫ modorū
ſic p̄t haberi ſufficiētia. qꝛ om̄e ꝑus vel ſumit̄ ſm ordinē diſcipline ⁊ cogni
tionis. ⁊ ſic eſt tertius modus. Vel ſm ordinē rei. ⁊ hoc eſt duplr̄. vel ſu-
mitur ex ꝑte eſſe rei vel ex ꝑte ꝯſequentiū ipm eſſe rei vt ſunt ꝑfectio ⁊ cau
ſalitas. Si ꝑmum hoc eſt duplr̄. vel ſumit̄ ex ꝑte eſſe rei abſolute. ⁊ ſic eſt
ſcđus modus. vel ſm duratōem ipius eſſe. ⁊ ſic eſt ꝑmus modꝰ. ſi ex ꝑte
ꝯſequentiū eſſe rei. hoc eſt duplr̄. vel ſumitur ſm viam ꝑfectōnis. ⁊ ſic eſt
quartus modus. vel cauſalitatis. ⁊ ſic eſt quintus modus. ¶ Contra
p̄dicta arguit̄ primo ſic. In tp̄e nec eſt ꝑus nec poſterius. qꝛ de tempore
nō habemus niſi nunc. in quo nō eſt prius nec poſterius. cum ſit indiuiſi-
bile. ergo nihil dicitur ꝑus tempore. Secundo ſic. Omne ſuperius ē ſe-
cundo modo prius ſuo inferiori. ⁊ tamen ſuperius ⁊ inferius ꝯuertuntur
ſm eſſendi ꝯſequentiam. quia ſicut ſequitur inferius eſt. ergo ſuperius ē.
ſic ⁊ ecōuerſo. g̊ contra ſm modū. Tertio ſic Omne prius eſt ꝑus ſm
ordinē. g̊ priꝰ ordīe nō ē modꝰ diſtinctꝰ ab alijs Quarto ſic. ſpēs ē hono
rabilior ⁊ ꝑfectior genere. ⁊ tamen nō eſt prior ipo. cū principia precedunt
principiata. ergo male dicitur ꝙ honorabilius ⁊ melius dicitur priꝰ quar
to modo. Quinto ſic. eorum que ſunt ſimul vnum non eſt prius alio.
ſed ea que conuertuntur ſm eſſe ſunt ſimul. ergo ipſorum vnum non eſt
prius alio vt dicitur in quinto modo. ☞ Ad ꝑmum dicitur ꝙ licꝫ de
tempore nō ſit niſi nunc in actu. ⁊ in facto eſſe. tamen ſm ſucceſſionem et
potentiam ſunt plures partes temporis. vt preteritum ⁊ futurum que
ſunt ex fluxu ipſius nunc. Ad ſecundum dicitur ꝙ ſi ꝯſiderent̄ ſuperi-

gunt sub aliqua natura dicunt esse simul natura. z ideo isti modi nō coin-cidūt Ad tertiū dr. q licz puer z senex nūc viuētes sint sil' tpe quātum ad aliquā ptem sue duratōnis. nō tamē ſm duratōnem eoꝝ. sed vnus est prius altero. Ad quartum dicitur. q lz ad esse vnius relatiui sequatur esse alterius relatiui illatiue. nō tamen seqtur causatiue. z ſm naturā quo tamen effectus sequitur ad suam causam. Ad quintum dicitur. q licz que opponuntur nō possunt simul esse in eodem numero. tamen bene pos-sunt esse in eodem genere. z hoc modo sunt simul illa que diuidunt gen9 aliquod que sunt simul in natura. que importat p genus.

[M]Otus sex sunt species. scz generatio. corruptio. au-gmētatio diminutio. alteratio. z ſm locum mutatio Generatio est progressio a nō esse ad esse. Corruptio est pro-gressio ab esse ad nō esse. Augmentatio est pexistentis quan-titatis maioramentū. Diminutio est pexistentis quantitatis minoramētum. Alteratio est mutatio de cōtraria qualitate in cōtrariam qualitatē. vel in mediam. vt cum aliqd pmuta-tur ab albedine in nigredinem vel in medios colores. Mo-tus ſm locum est mutatio de vno loco in alterum. Motus autem ſm locum sex sunt species siue differentie. scz ante. re-tro. sursum. deorsum. dextrorsum et sinistrorsum. Ad omēs aūt has partes fit motus zc.

Postqȝ autor determinauit de postpdicamēto poris z sil' q valēt ad cognoscendū dicibilia incōplexa. quātū ad suū eē. hic 9nr determinat de motu q valet ad cognoscendū ipa quantū ad suū fieri. Ipoꝝ em̄ dicibilia aliqua causant ab alijs p motum ratōis. sicut sunt plures spēs sub eodē genere. Alia vero p motū realē. sicut accidētia q causant a substātia. Et pmo enumerant sex spēs motus q in his vsib9 ptinent Auget diminuit corrūpit z generat. Alterat z mutat dū p loca multa vagat. His sex er-go modis dr esse motus. Et illaꝝ specieꝝ sic pt haberi sufficiētia. qz omis spēs motus fit inter duos terminos. vel ergo illoꝝ terminoꝝ vnus ē affir-matiuus z alter negatiuus. vel ābo sunt affirmatiui. si pmū hoc est dupl'r qz vel terminus ad quē est affirmatiuus. z sic est generatio. vel terminus a quo est affirmatiuus. z ad quē negatiuus. z sic est corruptio. Si ambo sunt affirmatiui hoc est dupl'r. qz vel talis motus fit ad formā respectiuā sic est loci mutatio q fit ad vbi vel fit ad formam absolutam. z hoc dupl'r vel fit ad qualitatē. z sic est alteratio. vel fit ad quātitatē. z hoc dupl'r. vel pfectā z sic est augmētatio. vel ad quātitatē impfectā z sic est diminutio

Tractatus tertius

¶ Sciendũ ꝓmo. ꝙ generatio est ꝓgressio de nõ esse ad esse. vt cũ fit mutatio de nõ esse aque ad esse eius ꝑ mutatõem subiecti eius. Et capit̃ hic ꝓgressio nõ ꝓ motu ꝓgressiuo aĩalis. sꝫ generalr̃ ꝓ quacũqꝫ mutatõne in qua acquirit̃ forma post formã in aliquo subiecto. Et ponit̃ ibi ꝓgressio loco generis. Deinde ponit̃ de nõ ẽẽ ad ẽẽ. ad explicandũ terminũ a quo et terminũ ad quẽ generatõis. Et capit̃ ibi nõ ẽẽ nõ ꝓut gñalr̃ negat ẽẽ. sꝫ solũ ꝓut negat ẽẽ in actu. ⁊ relinq̃t ẽẽ in potẽtia. qꝛ generatio fit a nõ esse in actu. ẽẽ tñ in potẽtia ad ẽẽ in actu. Et ꝑ oppositũ Corruptio ẽ ꝓgressio de ẽẽ ad nõ ẽẽ. ⁊ ponit̃ ꝓgressio loco gñis. ⁊ ponit̃ ab ẽẽ ad nõ ẽẽ ad dr̃ñam aliaꝝ spẽꝝ motꝰ ¶ Sciendũ scđo. ꝙ augmẽtatio dr̃ p̃existent̃ quãtitat̃ maioratio vel additamẽtũ. Rõ ẽ. qꝛ augmẽtatio ẽ motꝰ de minori quãtitate ad maiorẽ. sed quãtitas nõ potest fieri maior nisi per additamentum alicuius ꝑtis quãtitatis. Et ꝑ oppositum diminutio est p̃existentis quãtitatis minoramentũ. Ratio est. qꝛ ip̃a est motus de maiori quãtitate ad minorẽ. Et maior quãtitas nõ p̃t fieri minor nisi ꝑ remotõnem alicuius ꝑtis eius. iõ ibi fit minoramẽtũ p̃existẽtis quãtitatis Unde in hoc ꝯueniunt augmentatio ⁊ diminutio ꝙ fiunt ad quantitatem. Sed differunt in hoc. qꝛ vna fit ad quãtitatẽ ꝑfectam. alia ad quãtitatẽ impꝑfectã ¶ Sciendũ tertio ꝙ relatio est mutatio a contraria qualitate in contrariam qualitatem vel in mediam. Et ponit̃ ibi mutatio loco generis. Et residuum ponitur ad differentiã aliorũ motuum. quorum nullus est ad qualitatẽ. ⁊ nõ requirit̃ ꝙ qualitates inter quas fit alteratio sint cõtrarie ꝫm essentiam. sed sufficit ꝙ sint ꝯtrarie ꝫm esse ꝑfectum ⁊ impꝑfectũ Ideo ibi bene ponit̃ vel in qualitatẽ mediam. quia alique qualitates medie nõ ꝯtrariant̃ extremis ꝫm speciem sed tantũ ꝫm esse ꝑfectum ꝑ impꝑfectum. et in aliq̃bus est ꝯtrarietas ꝫm spẽm. vt inter albedinem ⁊ medios colores. ¶ Sciendum quarto. ꝙ loci mutatio est mutatio de vno loco in aliũ et talis motus extrinsece terminatur ad locum. Intrinsece vero ad vbi quod causatur a loco ⁊ per hoc differt ab alijs. ⁊ diuiditur in sex species. scꝫ in motum sursum deorsum ante retro dextrum ⁊ sinistrũ. Ratio illiꝰ est. quia motꝰ diuiditur ꝫm diuisionem sui termini ad quẽ. sed vbi quod est terminus motus localis cõmuniter diuiditur per istas differẽtias. igitur motus loculis ꝯueniẽter diuiditur ꝑ istas differẽtias. Unde sursum et deorsum si capiant̃ pro illis locis sunt in p̃dicamento quantitatis. sed si capiantur vt dicunt esse in talibus locis sunt in p̃dicamẽto vbi. ⁊ si capiantur vt dicunt situatõnes in illis locis sunt differẽtie positõnis ⁊ in p̃dicamento situs. ⁊ hoc vltimo modo nõ sunt termini motus localis. sed secundo modo. Et per hoc patꝫ que ⁊ quot sunt ⁊ quõ diffiniunt̃ species ip̃ius motus. ¶ Contra p̃dicta arguit̃ primo sic. Omnis motus est cõtinuus ⁊ diuisibilis cum fiat in tempore. sed generatio ⁊ corruptio nõ sunt diuisibiles. cum fiant in instanti tꝑis. ergo nõ sunt species ip̃ius motus.

Scđo sic. quando ex aqua generat̃ aer. ibi est generatio. ⁊ tñ ip̃a fit ab esse aque ad esse aeris. ergo male dicitur ꝙ generatio fit a non esse ad esse.

Tertio sic In ebulitõne lactis est augmentatio. ⁊ tamẽ nõ fit additamentũ p̃existẽtis quãtitatis. ergo male diffinitur augmentatio. Quarto sic. motus de minus albo ad magis albũ est alteratio. ⁊ tñ nõ fit de q̃li-

tate contraria ad qualitatem ɔtrariã nec in mediam. qꝛ album ꝛ albius
non ɔtrariant̃. ergo male diffinitur alteratio. Quinto sic. Celum mo
uetur motu locali. ꝛ tñ nõ mutat̃ de vno loco in aliũ. sed sp̃ manet in eo/
dem loco. ergo ɔtra diffinitõem loci mutatõnis ¶ Ad p̃mũ dicitur. ꝙ
si capiatur motus specialiter solũ ꝑ motu successiuo qui fit inter termios
affirmatiuos. sic omnis motus est diuisibilis. et sic generatio et corruptio
non sunt motus. ꝫ si capiat̃ general'r pro omni mutatiõe instantanea vel
successiua. vt hic capitur. sic generatio ꝛ corruptio bene sunt motus.
Ad secũdum dꝛ ꝙ qñ ex aqua generatur aer. illa generatio fit bene ab
esse aque tanq̃ a termino extrinseco. ꝫ fit a non esse aeris tanq̃ a termino
ꝓprio et ꝓpinquo et intrinseco a q̃ magis de noiat̃ motus q̃ a termino ex/
trinseco Ad tertiũ dꝛ. ꝙ licet in tali augmẽtatõe que fit ꝑ ebulitõem vl'
rarefactõem lactis non fiat additamẽtum substantie noue. est tamẽ addi
tio ꝑtium q̃titatis Ad quartũ dꝛ. ꝙ licet magis albũ ꝛ minus album
non cõtrariant̃ ꝫm essentiam. cũ sint eiusdem spẽi tñ ɔtrarianeur ꝫm esse
cõtrarietate ꝑfecta vel impfecta qꝺ sufficit ad motũ Ad quintũ dꝛ. ꝙ
licet celũ non mutetur ꝫm se totum ab vno loco ad alium locuꝫ. tñ mutat̃
ꝫm suas ptes. Ideo sibi attribuit̃ motus localis

Habere dicitur multis modis. Primo modo dicitur
habere aliquam qualitatem vt disciplinã vel virtu
tem. Secũdo modo dicit̃ habere q̃titatem. vt magnitudi/
nem. bicubitum. tricubitũ. Tertio modo dicit̃ habere ea q̃
circa corpus sunt adiacentia. vt vestimentũ et tunicam. Aut
circa membrũ. vt in manu anulũ Et habitus isto modo sum
ptus est vnũ de decẽ predicamẽtis et diffinitur sic. Habitꝰ
est corporũ et eorum que circa corpus sunt adiacentia. vt est
armatio vel caligatio et similiter fingantur noia in alijs ꝫm
adiacentiam illam. hec enĩ dicuntur habere. illa vero haberi
Quarto modo dicit̃ habere mẽbrum. vt manũ aut pedem.
Quinto modo dicit̃ habere sicut cõtinẽs cõtentũ. vt lagena
vinũ. aut modius grana tritici. Sexto mõ dicit̃ habere pos/
sessionem. vt domũ aut agrũ. Septimo modo dicit̃ habere
vxorẽ. et de hoc mõ dicit Arestoteles. ꝙ iste modus est alie/
nissimus in eo ꝙ est habere propter hoc ꝙ vir habens vxo/
rem etiam habetur ab ea. qꝛ vinculũ matrimonij indissolubi

liter ligat vtrũqꝫ. Et dt ꝙ forte alij modi apparebũt in eo qd est habere. Sed qui cõsueuerũt dici. pene oẽs enũerati sunt

¶ Postꝙ autor determinauit de motu. Hic de vltimo postpredicamento determinat qd est habere. Ratio ordinis est. qꝛ motus valet ad cognoscẽdum quõ accñа causantur a substantia. Habere vero valet ad cognoscendũ reductionem accidentiũ ad substãciam. ꝛ quia illa accidentia prius causantur ꝙ ad aliud reducuntur. ideo cõuenienter post motuꝫ determinat de postpredicamẽto habere. ¶ Sciẽdũ est pmo ꝙ habere dicitur dupliciter. Uno modo generaliter. vt se extendit ad omnes modos eius. et sic ponitur in diuersis predicamẽtis reductiue. ꝛ ſm hoc ponitur vnum postpredicamentum. Alio modo capit specialiter solum pro tertio modo habere. put est corporũ ꝛ eorũ que circa corpus sunt adiacentia. et sic est vnũ predicamentũ ab alijs distinctũ. de quo prius determinatum est. et hoc vltimo modo non capitur hic. sed primo modo. ideo cõuenienter ponitur postpredicamentum ¶ Sciendum scdo ꝙ ipius habere septem ponũtur modi in textu qui in his versibus continentur. Affectum qñtum vestitum dic velut aurũ. Contentũ membrum possessio dic mulierũ. Unde per affectum designatur primus modus qui est habere qualitatem. qualitas eñi afficit substantiam ꝛ qualificat eam. Et per qñtum designatur secũdus modus qui est habere quantitatẽ. Tertius modus designatur cũ dicit vestitum. qui est habere ea que adiacent corpori. vt vestimẽta. siue adiacent ſm partem siue ſm totuꝫ. vt tunica. et anulus in digito ſm partem. Et per membrũ designatur quartus modus qui est habere mẽbrum vel partem integralem. Et per contẽtum designat quintus modus. vt continens habet contentũ. vt lagena habet vinum. Et per possessionem designatur sextus modus. Et per mulierem septimus modus. scꝫ habere vxorem Ex his potest haberi numerus ꝛ ordo istorum modorũ habere. ¶ Sciendũ tertio ꝙ primus modus habere scꝫ habere qualitatem ponitur in predicamẽto qualitatis. quia tale habere dicit inherentiam qualitatis ad substantiam. et talis inherentia est esse ipius qualitatis. Et similiter habere quãtitatem est in predicamẽto qñtitatis. et habere tertio modo est vnũ predicamẽtum ab alijs distinctuꝫ Et habere membrum siue ptem integralem est reductiue in predicamẽto vbi. quia tale dicit esse in loco continente. Et habere possessionem est in predicamẽto relationis ſm dici. qꝛ possessor dicitur correlatiue ad rem possessam tanꝙ dominus eius. Et similiter habere vxorem est in predicamento relationis. Coniunx enim dicit correlatiue ad mulierem siue ad vxorem. ꝛ sunt relatiua equiparantie. Et per hoc patet quõ habere ſm diuersos modos eius ponit in diuersis predicamentis. ¶ Sciendum quarto. ꝙ istorum modorum sic habetur sufficientia. quia in omni habere habẽs est pncipium habiti. vel igit est pncipiũ eius ſm naturã ꝛ voluntatem simul. et sic est quartus modus scꝫ habere mẽbrũ. Habere eñi mẽbrum per naturam ꝛ voluntatem applicatur ad operationem. vel est pncipium eius ſm naturã tm̃ vel ſm voluntatẽ tm̃ Si primũ hoc est dupliciter. vel est pncipiũ alterius rõne materie. ꝛ sic est secundus modus. vel

ratione forme. ⁊ sic est primus modus. Si secūdum volūtatē tm̄ hoc ēst dupliciter. vel habet tm̄ vel habet ⁊ habetur simul. Si scd̄m sic est septimus modus. si primū hoc est dupl'r. vel habitum formaṫ ad figurā habētis vel non. Si primo modo hoc est dupliciter. vel habēs circūdat habitū et sic est quintus modus. vel econuerso circūdaṫ ab illo quod habetur. et sic est tertius modus. Et sic patet distinctio modoꝝ habere.

☞ Contra predicta arguiṫ primo sic. Idem non est predicamētum et postpredicamētum simul. q2 oporteret idem esse in diuersis p̄dicamētis et poniṫ tm̄ in vno predicamento. sed habere est vnū predicamentū. ergo male ponitur postpredicamētū. Secundo sic. oīe qd̄ diuidiṫ est aliqd̄ totum. sed habere non est aliqd̄ totum. cū non sit vnū. ergo male diuidiṫ per septē modos Tertio sic. oīe habere mediat inter habentem ⁊ habitum sed inter substantiā ⁊ q̄ntitatem nihil mediat cum q̄ntitas insit mediante substantia. ergo non diciṫ habere q̄ntitatē. Quarto sic. In omni modo habere habens est principiū habiti. sed possessor non est principiū rei habite. nec vir vxoris. ergo male ponuntur sextus et vltimus modus.

Quinto sic. Substantia dicitur habere relatōnem actionē ⁊ passionē et similiter genus dicitur habere species ⁊ etiā qualitas habere contrariū et tamē hic nō enumeranṫ illi modi. ergo modi habere hic nō sufficienter enumerātur Ad p̄mū dr̄. ꝙ licet idem vniuoce et eodē modo captū nō sit predicamētum ⁊ postpredicamētū. tamē idē s̄m vocē equiuoce captū bn̄ est predicamētū ⁊ postp̄dicamētū. ⁊ sic est de habere. vt p̄us dictū est Ad secūdū dr̄. ꝙ licet habere non sit vnū totum s̄m rem. est tn̄ vnū totū s̄m vocem. ideo bene diuidiṫ diuisione vocis in suas s̄catōnes ⁊ non alio modo. Ad tertiū dr̄ ꝙ licet habere q̄ntitatem nō mediat realiter inter q̄ntitatem ⁊ substātiam. tanq̄ accidens realiter distinctum a q̄ntitate. q2 idem est realiter cū q̄ntitate. tamē mediat s̄m rōnem ⁊ modū. q2 dicit inherentiam q̄ntitatis ad substātiam. ⁊ hoc sufficit. Ad q̄rtum dr̄. ꝙ licet possessor inq̄ntum diciṫ relatiue ad rem possessam vel vir respectu vxoris non dicaṫ p̄ncipiū. tn̄ s̄m hoc qd̄ est. est aliquo modo p̄ncipium in genere cause formalis. Possessio em̄ est ꝓpter possessorem. ⁊ vxor ꝓpter virū suū

Ad q̄ntū diciṫ. ꝙ licet reperiantur plures modi ipsius habere q̄ septē tamen alij ab istis sunt minus principales ⁊ minus vsitati. ⁊ sufficienter possunt cognosci per istos modos. Ideo sufficienter enumerantur modi principales ipsius habere. Et hec de tertio tractatu.

¶ Sequitur quartus tractatus

Tractatus quartus

¶ Propositio est oratio affirmatiua vel negatiua alicuius de aliquo vel alicuius ab aliquo. Terminus est in quem resoluitur propositio. vt in subiectum et in predicatum.

¶ Iste est quartus tractatus summularũ Petri hys. in quo postq̃ pe. h. determinauit de p̃dicabilib' ꝛ predicamentis. et etiaȝ de ptib' ꝓpinquis scȝ de enũciatione siue propositione. Hic ꝯsequenter determinat de syllogismo siue de totali argumẽtatione. Et qꝛ vnũqđq̃ habet p̃us ꝯsiderari ſm ſe q̃ p ꝯpositõem ad aliud. Ideo anteq̃ determinet de syllogismo ꝯtracto ad materiam probabilẽ. sicut in q̇nto tractatu ꝛ ad materiã sophysticã. sicut in sexto tractatu de fallacijs Pe. hys. in p̃nti tractatu determinat de syllogismo simpl'r dicto. ꝛ ſm suã formã ꝯsiderato non contracto ad aliquã materiã. Ex illo clare ptȝ ꝙ syllogismus simpl'r dict' est subiectũ attributõis in hoc q̇rto tractatu ꝛ posset ꝓbari p ꝯditõnes subiecti habitas in p̃cedenti. ꝛ d' notanᷣ syllogismus simpl'r dictus ad differẽtiã syllogismoꝝ ꝯtractoꝝ ad aliuqã materiã quoꝝ nullus est hic subiectum. Et qꝛ quelibet res habet cognosci per sua principia. vt d' Aresto. ṗmo phisicoꝝ ꝛ alibi. ideo anteq̃ pet. hys. diffiniat syllogismũ prius determinat de aliquib' ṗncipijs siue ptib' ṗncipalib' syllogismi. et ṗmo de materialib' ptib' q̃ de formalib' scȝ de ꝓpõne ꝛ termino ¶ Sciẽdũ primo ꝙ propositio sic diffinitur. est oratio affirmatiua vel negatiua alicui' de aliquo vel alicuius ab aliquo. In qua diffinitione oratio ponitᷣ loco generis diffiniti. Deinde ponitur affirmatiua vel negatiua ad explicãdũ vnam differentiam cõuertibilem cum ꝓpõne. ꝛ licet affirmatiuum ꝛ negatiuum sint mẽbra diuidentia ꝓpõnis. non tamen ponũtur in ista diffinitione inq̃tum sunt diuidentia ꝓpõnũ. sȝ inq̃tũ sunt nobis notiora ipo diffinito. et explicant drãm ꝓpõnis ſm esse quod habet in suis specieb'. Dicitur ꝯñr alicuius de aliquo. i. predicati de subiecto. et hic magis diffinitur ꝓpositio per affirmatiuum et negatiuum que se tenet ex pte forme q̃ per vl'e et pticulare que se tenent ex pte materie. eo ꝙ forma magis notificat esse rei q̃ materia. ꝛ diffinitio debet notificare esse rei. igitᷣ ꝛc̃.

¶ Sciendũ secũdo. ꝙ ꝓpõ dupliciter põt considerari. Vno mõ inq̃tum est signũ ꝯceptus mentis vel nũcius nostri intellectus. ad exprimendum ꝯceptũ ꝯplexũ. ꝛ sic hoc mõ habet rõem enunciatõnis. et sic sibi conuenit ſcare verũ et falsum respectu sui ſcati. Et qꝛ in primo tractatu ꝓpõ consideraᷣ sub rõne enũciatõnis. ideo ibi diffinitᷣ p verum et falsum. Alio mõ cõsideratᷣ ꝓpõ inq̃tum est ps propinqua syllogismi. et hoc modo cõsideratur in p̃nti loco. Et qꝛ per affirmationem et negatõnem que se tenent ex pte forme enũciatõis maxime habet variari syllogismus. ideo hic cõuenienter diffinitᷣ propõ p affirmatm̃ ꝛ negatiuũ. ꝛ sic patet ꝙ diuersimode ꝯsideratᷣ ꝛ diffinitᷣ hic et in ṗmo tractatu ¶ Scienduȝ tertio ꝙ terminus

Petri hyspani

sic diffinit᷑. Terminus est in quē resoluit᷑ ꝓpositio vt in subiectū ⁊ p̄dicatū
Cuius ratio est. qꝛ terminus est p̄ncipiū materiale cōponens ꝓpositio-
nem. Dicit᷑ eñ terminus a terminādo qꝛ materialr̄ terminat ꝓpositōem
sed vnūquodqꝫ resoluit᷑ in ea ex q̈bꝫ cōponit᷑. ergo ꝓpositio resoluitur ꝑ ter
minos. id est diuidit᷑ ꝑ terminos tanqꝫ ꝑ suas ꝑtes. iō bñ dꝛ terminus est
in quē resoluit᷑ ꝓpositio. ⁊ intelligit᷑ de resolutōe q̄ fit in voces s̄catiuas. ⁊
nō de quacūqꝫ resolutōe. qꝛ logicus solū ꝯsiderat voces s̄catiuas. ⁊ nō hꝫ
ꝯsiderare lr̄as ⁊ syllabas q̄ a grāmatico p̄supponunt᷑. ¶ Sciendū quar-
to ꝙ lꝫ termin⁹ sit p̄ncipiū ⁊ ꝑs ꝓpōnis tñ ꝯueniēter diffinit᷑ post ꝓpōem
duplici de cā. Prima est qꝛ in diffinitōe termini ponit᷑ ꝓpositio. iō añ diffi
nitōem termini oportebat notificare ꝓpōem ne ꝑ ignota ꝓcederet᷑. Scd̄a
cā est. qꝛ lꝫ via cōpositōis ꝑs p̄cedat totū ⁊ termin⁹ p̄cedat ꝓpositōeꝫ. tñ
via resolutōis totū p̄us ē ꝑtibꝫ. ⁊ qꝛ hic ꝯsiderant᷑ termin⁹ ⁊ ꝓpositio s̄m
viā resolutōis. iō ꝯueniēter sequit᷑ ꝓpōem. Et q̄uis syllogism⁹ resoluat᷑
in ꝓpositōem. tñ ipa nō diffinit᷑ hic ꝑ syllogismū. nec inquantū ē terminus
resolutōis syllogismi. iō nō opꝫ p̄us diffinire syllogismū q̄ ꝓpōnem. et sic
patēt diffinitōes ꝓpōnis ⁊ termini ⁊ ordo eoꝝ. ¶ Cōtra p̄dicta arguit᷑
p̄mo sic. Cōclusio ē orō affirmatiua alicui⁹ de aliquo. ⁊ tñ nō est ꝓpositio
qꝛ nō ponit᷑ ꝓ alio. Dicit᷑ eñ ꝓpositio quasi ꝓ alio positio scꝫ ꝓ ꝯclusione
inferēda. ḡ ista diffinitio ꝯuenit alijs a diffinito. Scd̄o sic. Nullū sup̲i⁹
debet diffiniri ꝑ sua inferiora. sꝫ affirmatiuū ⁊ negatiuū sunt inferiora ꝓ-
positōis. ḡ male ponunt᷑ in diffinitōne eius. Tertio sic. hec est ꝓpositio
nōhomo currit. ⁊ tñ nec est affirmatiua nec negatiua alicui⁹ de aliquo. qꝛ
nōhomo nē est aliq̈d. ḡ ꝯtra diffinitōem ꝓpōnis Quarto sic. ꝓpositio re
soluit᷑ ꝑ elemēta ⁊ lr̄as. ⁊ tñ lr̄e ⁊ elemēta nō sunt termini. ḡ ista diffinitio
nō ꝯuenit soli termino. Quinto sic. ꝓpositio resoluit᷑ ꝑ copulā verbalē.
et tñ copula verbalis nō est termin⁹. qꝛ tunc essent plures termini in syllo
gismo q̄ tres. ḡ diffinitio mala. maior pꝫ. qꝛ ꝓpō cōponit᷑ ex copula verba
li. ḡ resoluit᷑ ꝑ ipam. ☞ Ad p̄mū dꝛ. ꝙ lꝫ ꝯclusio nō ponat᷑ in actu ꝓ alio
tñ aptitudīe qd̄ sufficit ad h̄ ꝙ dicat᷑ ꝓpō Ad scd̄m dꝛ. ꝙ lꝫ sup̲i⁹ nō de
beat diffiniri ꝑ sua inferiora ea ratōe qua sunt inferiora eius. tñ bñ diffinit᷑
ꝑ ea inquantū ponunt᷑ ad explicandū differētiā ꝯuertibilē sui sup̲ioris. et
sic ponunt᷑ affirmatiuū ⁊ negatiuū in ista diffinitōne. Ad tertiū dꝛ. ꝙ si
nōhomo capiatur vt infinitum est. sic nō dicit aliquid. sed si capiatur vt
virtute intellectus determinat᷑. ⁊ sic accipit᷑ pro aliquo finito vtputa pro
asino vel equo. ⁊ sic ibi affirmatur aliquid de aliquo. quia nōhomo est al
quid quod nō est homo. Ad quartū dꝛ ꝙ licꝫ ꝓpositio posset resolui in
litteras ⁊ syllabas tanqꝫ in principia vocis significatiue. que resolutio nō
ꝯsideratur a logico. tamen nō resoluitur in ipsas tanqꝫ in voces significa-
tiuas de qua resolutōne solum hic intelligitur. Ad q̈ntum dicitur. ꝙ
resolutio proprie habet fieri inter partes materiales que remanent resolu
tione facta. ⁊ quia copula verbalis non est pars materialis propositōnis.
ideo propositio proprie nō resoluitur per copulam verbaleꝫ. nisi capiatur
resolutio generalr̄ pro quacunqꝫ diuisione toti⁹ in sua p̄ncipia vel materia
lia vel formalia indifferenter. sed sic nō capit᷑ hic. sꝫ tm̄ ꝓ resolutōne in p̄n-
cipia materialia qd̄ explicat᷑ cum dicit᷑ vt in subiectū ⁊ p̄dicatū ⁊c.

Tractatus quartus

Dici de om̄i est quando nihil est sumere sub subiecto de q̄ nō dicat̄ p̄dicatum. vt oīs homo currit. hic cursus p̄dicatur de omni homine et nihil est sumere sub homine de quo non dicatur cursus. Dici de nullo est quando nihil est sumere sub subiecto a quo nō remoueat̄ p̄dicatum. vt nullus homo currit. hic cursus remouetur ab omni homine. ꝛ nihil est sumere sub homine a quo nō remoueatur cursus.

Postq̄ȝ autoꝛ superius determinauit de p̄ncipijs materialibꝫ ipsius syllogismi. scȝ de ꝓpositōe ꝛ termino Hic ꝯsequenter determinat de p̄ncipijs regulatiuis eius. scȝ de dici de om̄i ꝛ dici de nullo. p̄ q̄ p̄ncipia formalia ipius syllogismi regulantur. Et qꝛ dici de omni dicit affirmationem. ꝛ dici de nullo dicit negatōnem sed affirmatio prioꝛ est negatiōe. iō p̄us determinat de dici de omni q̄ȝ de dici de nullo. ip̄m sic diffiniēs Dici de om̄i est qn̄ nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat̄ p̄dicatum. Cuius ratio est. qꝛ in aliqua ꝓpositōne est dici de om̄i quando p̄dicatum affirmat̄ de subiecto distributo ꝓ omnibus suis suppositis. vt in hac ꝓpositōne oīs homo est aīal. sed quādo p̄dicatuȝ taliter affirmat̄ de subiecto distributo ꝓ oībꝫ suis suppositis. tūc nihil est sumere sub subiecto de quo nō enūciet̄ p̄dicatū ideo ꝑ dictā diffinitōeȝ sufficiēter explicat̄ dici de om̄i Et licȝ negatio p̄cedat affirmatōnem in eodem ꝛ ſm viā generatōis. tn̄ simpl'r ꝛ ſm viam ꝑfectōnis affirmatio p̄cedit negatōnem. Ideo licet p̄us determinādum fuisset de dici de nullo ſm oꝛdinem generatōnis. tamen prius determinatum est de dici de omni ſm oꝛdinem perfectōnis. ¶ Sciendum primo. q̄ dici de omni est ꝯditio p̄dicati in oꝛdine ad subiectum. qꝛ dici vel p̄dicari est ꝯditio p̄dicati ꝛ nō subiecti. ꝛ licȝ distributio sit ꝯditio subiecti in oꝛdine ad p̄dicatum. tamen dici de omni seu predicari de subiecto distributo est conditio p̄dicati. Unde dici de omni ꝛ eē in toto in hoc differūt. qꝛ dici de omni importat habitudinem p̄dicati ad subiectum qꝛ p̄dicatū dicit̄ de subiecto. sed esse in toto importat habitudinem subiecti ad p̄dicatum. quia subiectum est in predicato. sicut pars subiectiua in suo toto vl'i. ꝛ simil'r dicendū est de dici de nullo in ꝓpositōe negatiua qd̄ est ꝯditio p̄dicati in oꝛdine ad subiectū. ¶ Sciendum secundo q̄ duplex est dici de omni. scȝ prioꝛisticū ꝛ posterioꝛisticū. Dici de omni prioꝛisticū est. qn̄ in aliqua ꝓpositōne p̄dicatū ſm modum enunciandi affirmat̄ de subiecto ꝓ quolibet suo supposito. ꝛ nō reqrit̄ ad ip̄m vl'itas suppositoꝝ vel tp̄m ſm rem. sed sufficit q̄ ſm modū enūciandi sit vl'itas suppositoꝝ de q̄bus p̄dicatum affirmet̄ siue vere enuncietur siue false. qꝛ syllogismus simpl'r de quo est ad ꝓpositum nō ꝯtrahitur ad aliquam materiam certā. vtputa ꝓbabilē verā vel falsam necessariā vel ꝯtingentem Un̄ dici de om̄i p̄oꝛisticuȝ intendit̄ in hoc tractatu. sȝ dici de omni posterioꝛisticum est. qn̄ p̄dicatum ſm rem d̄ꝛ de subiecto ꝛ ꝯuenit sibi ꝓ quoli

bet suo supposito ⁊ ꝓ qualibet differētia tpis. vt hō ē aīal. ideo ad tale di-
ci de om̄i requirit duplex vl'itas. scȝ suppositoꝝ ⁊ tpm. q2 est pncipiū re-
gulatiuū demōstratiuoꝝ syllogismoꝝ. sed de illo nō est hic ad propositū.
¶ Sciendum tertio ꝙ dici de omni est quando nihil est sumere sub sub
iecto a quo nō remoueat̄ p̄dicatum. vt nullus homo currit. Cuius ratio
est. q2 in aliqua ꝓpositōe est dici de nullo quādo p̄dicatū negat̄ de subie-
cto distributo ꝑ signū vl'e, ꝓ oībus suis suppositis. ⁊ qn̄ nulli supposito in-
est. ⁊ qn̄ taliter negat̄ tunc nihil est sumere sub subiecto de quo s̄m modū
enūciandi nō remoueat̄ p̄dicatum ꝑ negatōnem. ideo dici de nullo bene
explicatur ꝑ illam diffinitōnem. ¶ Sciendū quarto ꝙ dici de omni ⁊ di-
ci de nullo hoc modo sunt pncipia regulatiua syllogismoꝝ. q2 per dici de
omni intelligit̄ ista maxima. quicq̄d d2 de subiecto distributo dicit̄ de q̄li
bet supposito eius sumpto sub ip̄o. ⁊ per hoc possunt probari omnes syl-
logismi affirmatiui. vt in isto syllogismo. om̄e animal currit. om̄is homo
est animal. ergo omnis homo currit. ibi hoc verbum currit in maiori dicit̄
de subiecto distributo scȝ animali. ergo affirmatur de quolibet supposito
animalis. sed quia homo in minori sumitur sub animali tanq̄ȝ suppositū
eius. ergo hoc verbum currit in ꝯclusione p̄dicat̄ de homine simil'r de di-
ci de nullo intelligitur ista maxima. quicq̄d negatur de subiecto distribu-
to negatur de quolibet supposito eiusdem. Et per istam maximam pro
bantur syllogismi negatiui. sicut ꝑ aliā affirmatiui. Vn̄ oēs syllogismi ꝑ-
fecti q̄ sunt directe ꝯcludētes in pma figura directe regulant̄ ꝑ dici de oī
et dici de nullo. sȝ imꝑfecti ex ꝯsequēti inquantū scȝ reducunt̄ ad ꝑfectos
syllogismos. Vn̄ syllogismi dicunt̄ ꝑfecti q̄ nō indigent aliquo p̄ter ea q̄
posita sunt vt appareant necessarij. Sed syllogismi imꝑfecti dicuntur q̄
indigent aliquo p̄ter ea que posita sunt ⁊ preter premissas sic positas vt
appareant necessarij. hoc est vt necessario inferant suam ꝯclusionem. vn-
de aliquādo indigēt ꝯuersione. aliquādo transpositōe pmissaꝝ. ⁊ aliquā-
do reductōne ꝑ impossibile. vt eaꝝ ꝯclusio appareat ex necessitate sequi.
¶ Cōtra p̄dicta arguitur pmo sic. In ista propositōne homo est animal
nihil est sumere sub subiecto scȝ sub homine de quo nō dicat̄ p̄dicatuȝ. scȝ
animal. ⁊ tamē ibi nō est dici de omni. Secundo sic. in ista ꝓpositōe oīs
homo currit. aliq̄d est sumere sub subiecto. de quo nō dicit̄ p̄dicatū. quia
currit nō d2 de adam vel antixpo ⁊c. Tertio sic In ista ꝓpositōne. oīs
equus currit est dici de omni. ⁊ tamē ibi est aliq̄d sumere sub subiecto de
quo nō dicit̄ p̄dicatū. q2 potest sumi pes vel caput equi de quo nō d2 cur-
sus. igit̄ ꝯtra diffinitōem. Quarto sic. In ista ꝓpositōe sortes nō currit
nihil est sumere sub subiecto a quo nō remoueat̄ p̄dicatum. ⁊ tamē ibi nō
est dici de nullo. ergo ꝯtra diffinitōnem. Quinto sic. Nulla regula in-
greditur regulatum nec est de cōpositōne eius. sed dici de omni ⁊ dici de
nullo ingrediuntur cōpositōnem syllogismi. q2 in omni ꝓpositōne vl'i affir
matiua ē dici de omni. ⁊ in vl'i negatiua est dici de nullo. ergo nō sunt pn
cipia regulatiua syllogismoꝝ. ☞ Ad pmū d2 ꝙ licȝ in ista ꝓpōe hō ē aīal
nihil est sumere sub subiecto de quo nō dicat̄ p̄dicatum s̄m rem ⁊ in apti-
tudine. tamen nō dicitur s̄m modum enunciandi ⁊ actu de quolibet suo
supposito. ideo ibi nō est dici de omni p̄oristicū. licȝ bene sit posterioristicū

Tractatus quartus

Ad scdm dicit᷑. ꝙ in ista omnis homo currit ibi homo solum distribuitur ꝓ hominib᷒ p̄sentib᷒ ad quos restringit᷑ ꝑ verbū p̄sentꝭ tpis. ⁊ sub illo nō est aliq̇d accipere de quo nō dꝛ p̄dicatū. ideo antixp̄us ⁊ adā nō ꝯtinent᷑ sub hoc subiecto distributo scꝫ hō. Ad tertiū dꝛ ꝙ lꝫ pes vł caput equi possint sumi sub equo tanꝗ̄ ꝑs integralis eius. nō tn̄ tanꝗ̄ ꝑs subiectiua de qua ꝑte p̄ncipalr̄ intenditur hic. Ad quartū dꝛ. ꝙ ad dici de nullo p̄supponit᷑ ꝙ possit aliq̇d sumi sub subiecto ⁊ ꝙ a quolibet supposito sub eo contēto remoueatur predicatum. Modo sub sorte qui est subiectū istius ꝓpositōnis nō potest aliq̇d subsumi eo ꝙ nō hꝫ supposita neqꝫ ꝑtes subiectiuas. ideo ibi nō est dici de nullo. Sed tūc querit᷑ quare p. h. dicit in diffinitōne sub subiecto in ablatiuo casu. cū tn̄ ph̄s in p̄mo p̄orū dꝛ quādo nihil est sumere subiecti. Ad hoc dꝛ ꝙ ph̄us ꝯsiderat de omni s̄m q̄d diffinit᷑. tam pro ꝑtibus subiectiuis ꝗ̄ integralib᷒. Et ergo dꝛ subiecti in gtō. qui q̇dem gtūs etiam s̄cat ꝑtes integrales eo ꝙ regit᷑ ex vi ꝑtitionis. Sed p. h. magis manifeste dicēs dicit sub subiecto ꝑ quod innuit ꝑtes subiectiuas tm̄ q̄ facilius possunt cognosci ab ip̄is iuuenibus quib᷒ hunc tractatum ꝯposuit. Alia responsio etiam patebit circa p̄mū priorū.

Ad q̇ntum dꝛ ꝙ lꝫ dici de omni ⁊ dici de nullo ꝑ accidens ingrediātur cōpositōnem syllogismi tanꝗ̄ dispositōnes materie eius. non tamen ingrediunt᷑ per se tanꝗ̄ partes materiales vel formales cōponentes syllogismum. modo nō est incōueniens ꝙ p̄ncipia regulatiua alicui᷒ virtualr̄ et ꝑ accn̄s ingrediant᷑ cōpositum ⁊ cōpositōem eius.

Sillogismus est oratio in qua quibusdā positis et cōcessis necesse est aliud euenire ꝑ ea q̄ posita sunt ⁊ cōcessa. vt om̄e animal est substātia. oīs homo est animal. ergo omnis homo est substantia. Hoc totum est oratio in qua q̇busdam positis. scꝫ duabus premissis. necesse est aliud accidere scꝫ conclusionem.

Postꝗ̄ autoꝛ determīauit de p̄ncipiȷ̄s materialib᷒ syllogismi ⁊ effectiuis scꝫ de p̄ncipiȷ̄s regulatis. Cōsequēter determinat de ip̄o syllogismo ip̄m p̄mo sic diffiniens. Syllogismus est oratio in qua q̇busdam positꝭ necesse est aliud accidere ꝑ ea q̄ posita sunt. in qua diffinitōne oratio ponitur loco generis. Deinde ponit᷑ in qua q̇busdam ad differentiā enthimematis in quo licꝫ sint due p̄misse virtualr̄ ⁊ s̄m intellectū arguētis. tamē est vna formaliter. ⁊ in syllogismo debent esse plures formalr̄. Deinde ponit᷑ positis. id est dispositis in modo ⁊ in figura. ad differētiā inductōis et exempli ⁊ aliquaꝝ cōbinationū inutiliū. vbi ꝓpositōes nō disponuntur in modo ⁊ figura. Deinde ponit᷑ accidere. id est sequi ad differentiā ꝑalogismoꝝ fallacie accidentis. qꝛ ibi cōclusio nō seq̇tur ex necessitate. ⁊ ponit᷑ aliō ad differētiā petitōis p̄ncipiȷ̄ stati vbi ꝯclusio nō ē alia a p̄missis. Et ponit᷑ postea ꝑ ea que posita sunt ad differētiam ꝑalogismorum s̄m nō causam vt causaꝫ vbi conclusio nō sequitur ꝓpter premissas positas.

¶ Sciēdū est ṗmo ꝙ licet syllogismus non sit oratio simpl'r vnā ⁊ ca/
thegorica. est tñ vna ypothetica. ⁊ dr̄ vna ꝓpter tria. Primo propter vni
tatē medij in quo due extremitates vniuntur ⁊ ꝯueniunt due premisse/
et illud hꝫ rōem efficientis respectu illatōnis ꝯclusionis. Scd̄o ꝓpter vni
tatem forme. qꝛ duaꝝ ṗmissaꝝ minor est ꝯtrahens ⁊ determinās respcū
maioris. ⁊ ideo habēt vnitatē ille due ṗmisse ꝑ modū actus ⁊ potentie rō
ne sil'is dispōnis. Tertio ꝓpter vnitatē finis. qꝛ ille due ordinātur ad vnā
ꝯclusiōem inferēdā. ⁊ ideo ꝙuis nō sꝑ vniant̄ ꝑ ꝯiūctōem formal'r. tamē
ꝟtualiter pn̄t vniri propter causas predictas. Sciendum scd̄o. ꝙ in ar
gumētatōne duplex ṗt repiri necessitas. s. necessitas cōsequentie ⁊ ꝯn̄tis
Necessitas ꝯsequētie est necessitas illatōnis que ꝓuenit ex necessaria ha
bitudine añtis ad ꝯsequēs. ꝓpter hoc ꝙ ꝯn̄s includit̄ in añte. ideo posito
añcedente necesse est ponere ꝯsequens. siue añs sit verū siue nō. Sed ne/
cessitas ꝯsequētis est necessitas ꝓpōnis ꝓueniens ex necessaria habitudi/
ne suoruꝫ extremoꝝ. vt hic homo est risibilis. vel homo est aīal. Et qn̄qꝫ
dicit cālitatē. añcedentis supra ꝯsequēs. ⁊ in ista diffinitiōe nō intelligitur
de necessitate ꝯn̄tis ꝙ scꝫ ꝯclusio sequat̄ necessitate ꝯsequentis sed solum
de necessitate ꝯsequentie syllogistice ¶ Sciendū tertio ꝙ ꝯclusio syllo
gismi non est de essentia syllogismi. Rō qꝛ illud nō est de essentia alicuius
quo remoto illud remanet ꝑfectū ⁊ ꝯpletū in sua spē. sed remota ꝯclusiōe
remanet syllogismus ꝑfectus. qꝛ remanet in debito modo ⁊ in debita fi/
gura. cum ibi sit dispō triū terminoꝝ in figura. ⁊ dispō duaꝝ ꝓpositionuꝫ
in modo. ğ ꝯclusio non est de essentia syllogismi. ideo in ista diffinitiōe po
nitur aliud. ⁊ dato ꝙ ꝯclusio non sit alia a toto syllogismo. est tñ alia a pre
missis positis. ideo in syllogismo ex ṗus positis seq̇tur aliud ab ipis. s. con
clusio ¶ Sciendum quarto. ꝙ syllogismus diuidit̄ ꝑ syllogismū ꝑfcm̄
et ipfectū. Syllogismus ꝑfectus est qui euidentem necessitatem ꝯcludē
di sicut sunt quatuor modi directe ꝯcludentes in ṗma figura vbi syllogis
mi hn̄t euidentē necessitatem sue illatōis Sed syllogismus imꝑfectus est
qui non hꝫ euidentē necessitatē sue illatōnis. sꝫ ille fit euidens ꝑ hoc ꝙ re/
ducit̄ ad modos euidētes ṗme figure sicut sunt oēs alij modi a quattuor
ṗmis modis ṗme figure. qꝛ tñ in oībꝫ istis sequit̄ ꝯclusio de necessitate. sꝫ
non euidenter. Ideo ṗdicta diffinitio syllogismi ꝯuenit tam syllogismo
ꝑfecto ꝙ̄ imꝑfecto. Et ꝑ hoc ꝑꝫ ꝙ ipā est sufficiens ¶ Contra ṗdcā
arguit̄ ṗmo sic. Nullus motus rōnis vel discursus intellectus est oratio
cum non sit vox. sed syllogismus est discursus intellectus. ergo male dr̄ ꝙ
sit oratio Secundo sic. ad syllogismū simpl'r non req̇ritur ꝙ ṗmisse cō
cedant̄. qꝛ siue ꝯcedant̄ siue nō cōclusio sequit̄ necessario. ğ male ponit̄ in
diffinitōne positis ⁊. ꝯcessis. Tertio sic. cōclusio in materia ꝯuenit cuꝫ
premissis. qꝛ includit ambas extremitates. etiam conuenit cū ipis in for/
ma. scꝫ copula ꝟbali. ergo non est alia a premissis. ergo male dicitur ꝙ se/
quitur aliud Quarto sic. Illud quod accidit non sequitur de necessita/
te cum possit adesse vel abesse. sed conclusio sequit̄ de necessitate in syllo/
gismo. ergo male ponitur necesse est accidere aliud per ea que posita sunt.
Quinto sic. oīs syllogismus necessario infert suam ꝯclusionē. ⁊ oīes
syllogismi habēt equaliter necessitatem concludendi. igit̄ oēs sunt ꝑfecti

Tractatus quartus

ergo male diuidit̃ p̱ syllogismũ p̱fectũ ꝛ impfectũ ☞ Ad primũ dicit̃ ꝙ syllogismus non est formaliter ille discursus.s.interior intellectus.ſʒ solum est vox ꝯplexa ſcãs illũ interiorẽ discursum.qui fit in intellectu.ideo bñ dr̃ ꝙ est oratio.aliqñ tñ capit̃ ꝓ illo discursu capiendo signatũ ꝓ signo. et sic non capit̃ in ꝓposito Ad secũdum dr̃ ꝙ lʒ ad syllogismũ simpliciter nõ requirat̃ ꝙ premisse ꝑcedant̃.qꝛ ille abstrahit̃ a materia vera vel falsa tñ reqrit̃ ad syllogismũ dialecticũ.et qꝛ pe.hys.hãc diffinitõem sumpsit a Boetio diffiniente in Topicis dialecticum syllogismũ. ideo hic posuit in ista diffinitõne.qꝛ ꝗuis hoc non requirat̃ ad syllogismum in cõi.tñ sibi non repugnat in spẽali. Ad tertiũ dr̃.ꝙ licet conclusio ſm p̱tem cõueniat materialr̃ cum premissis.tñ differt ab ipis formalr̃ cũ ibi sit alia habitudo predicati ad subiectũ.ꝛ ex ꝯsequẽti alia cõpositio eoꝝ ꝗ̃ in premissis.licet eñ copula verbalis ſm se maneat eadem.tñ ꝯpositio variat̃ p̱ variatõeʒ habitudinis extremoꝝ adinuicẽ.ideo bñ dictum est ꝙ ꝯclusio est aliud a p̄missis Ad quartũ dr̃.ꝙ si capiat̃ accidit vel accidere,put valet.i.ꝯtigẽter euenit.sic ꝯclusio nõ necessario accidit ex p̄missis. ſʒ si capiat̃ vt tm̃ vʒ sicut seqtur.illo mõ bñ accidit.ꝛ sic capit̃ hic Ad qntũ dr̃.ꝙ licet om̃es syllogismi sint equaliter p̱fecti ꝗ̃tum ad necessitatem eorũ ꝛ quo ad esse nõ tamẽ quo ad euidentiam sue necessitatis ꝛ quo ad bene esse

Omnis eñ syllogismus cõstat ex tribus terminis ꝛ duabus propõnibus.quarũ propositionũ prima vocatur maior secũda minor. Ex tribus autẽ terminis non p̃nt fieri due propositiõnes nisi alter illorũ terminorum sumit̃ bis. et tunc ille terminus bis sumptus aut subycitur in vna et predicatur in alia et sic est prima figura. aut predicat̃ in vtraqʒ et sic est secunda figura. aut subycitur in vtraqʒ et sic est tertia figura. Horum autem terminorũ alter vocat̃ mediũ.alter maior extremitas.alter vero minor extremitas. Mediũ est terminus bis sumptus ante cõclusionẽ. Maior extremitas est terminus sumptus in maiori propõne cum medio. Minor extremitas est terminus sumptus in minori ꝓpõne cuʒ medio

¶ Postq̃ autor diffiniuit syllogismũ ꝯñter ostẽdit que et quot p̃ncipia requirant̃ ad ꝯstitutõem eius. Et p̃mo determinat de p̱tibꝫ materialibꝫ. qꝛ materia via generatõis p̄cedit formã.ideo ãteq̃ autor oñdat p̃ncipia formalia que requirant̃ ad syllogismũ.p̃us ostendit que p̃ncipia materialia requiruntur ad ꝯpositionẽ. Est autem duplex materia. scʒ remota q̃ sunt tres termini.ꝓpinqua sunt due propõnes.ꝛ huic duplici materie cor

respondent duo p̄ncipia formalia syllogismi.scʒ modus ⁊ figura. quia fi-
gura est forma cōmunis ⁊ remota syllogismi. ⁊ correspondet trib⁹ termi-
minis quorū est forma.sed modus est forma ꝓpinqua syllogismi ⁊ corres
pondet duab⁹ ꝓpōnib⁹. Modus em̄ dicit ordinatōem duarū ꝓpositionū
sicut figura trium terminorum. ☞ Sciendū p̄mo.ꝙ in omni syllo
gismo requirūtur tres termini ad cōpositōem eius.q₂ in syllogismo ostē-
ditur conuenientia vel disconuenientia duoꝝ terminoꝝ in cōclusione.sed
hoc non potest fieri ꝑ terminos ꝯclusionis.q₂ sic idem probaret seip̄m. et
hoc esset petere p̄ncipiuʒ. Ideo preter illos duos terminos ꝯclusionis re
quiritur tertius terminus ad ostendendū hm̄ōi conuenientiam vel dis-
conuenientiā terminoꝝ in cōclusione.⁊ per cōsequens om̄is syllogismus
cōstat ex trib⁹ terminis. Sed ꝙ solum requirant̄ tres termini.pʒ quia ad
vnitatem syllogismi requirit̄ vnitas medij.⁊ vnitas conclusionis.a quib⁹
syllogismus dicit̄ vnus.⁊ sic in syllogismo requirunt̄ due extremitates cō
clusionis.⁊ medium ꝑ quod probat̄ vnio vel separatio illarū extremitatū
inter se.⁊ per hoc patet ꝙ omnis syllogismus resoluitur in tres terminos
tm̄ cum ex trib⁹ terminis ꝯponatur ¶ Sciendū scd̄o.ꝙ.hm̄ōi termini vo
cantur medium.maior extremitas minor extremitas. Medium est termi
nus bis sumptus ante cōclusionē. Ratio q₂ in syllogismo extremitates
vniuntur in conclusione propter vnionē ipsorum cū medio in premissis.sʒ
medium in vna propositione solum vnitur cuʒ vna extremitate.ergo ad
hoc ꝙ vniatur cum duab⁹ extremitatib⁹ oportet ꝙ bis sumatur in ꝓposi
tionibus qd conclusionē inferendā. Sed maior extremitas est terminus
sumptus cū medio in maiori propositōne.⁊ d₂ maior extremitas.q₂ sem-
per sub se continet minorem extremitatem cū semꝑ p̄dicetur de minori ex
tremitate in conclusione directa.modo predicatum cōtinet sub se subiec-
tum sicut totum suam partem subiectiuam.⁊ hoc apparet in prima ⁊ ter
tia figura. vbi maior extremitas semꝑ predicat̄ de minori. Sed minor ex-
tremitas est terminus sumptus cū medio in minori ꝓpositōne. ⁊ dicitur
minor per respectum ad maiorem in qua cōtinet̄ sicut pars in suo toto
¶ Sciendū tertio.ꝙ duplex est medium in syllogismis. quia quoddā est
medium ꝯiunctione quod scʒ est vnitiuum extremitatum cōclusionis pro
pter vnionem ipsarum cū ipo in premissis. et hoc modo reperitur mediū
in qualibet figura. Aliud est medium positione quod scʒ ſm debitaʒ sub
iectōnem ⁊ predicationem ponitur inter duas extremitates.ita ꝙ subij-
citur maiori extremitati.et predicatur de minori. vt est in prima figura in
qua solum huiusmodi medium habet reperiri. In alijs vero figuris repe-
ritur medium solum coniunctōne.⁊ de vtroqʒ medio intelligitur predic-
ta diffinitio medij per prius tamē et perfectius de medio positione .quia
includit medium cōiunctione.⁊ cuʒ hoc includit medium quod est ſm or
dinem predicamentalem positum inter maiorem extremitatem ⁊ minorē
¶ Sciendu3 quarto.ꝙ omnis syllogismus constat ex duabus propo
sitionibus.q₂ vt dictum est in syllogismo ostenditur vnio extremitatum
inter se in conclusione propter vnionē earum in premissis.sed non potest
ōndi tal' vnio nisi sint due ꝓpōes i q̄b⁹ mediū bis sumat̄.g̊ in oī syllogismo
req̄rūt̄ due p̄misse seu ꝓpōes.sʒ ꝙ solū due ꝓpōes req̄rāt̄ pʒ q₂ hm̄ōi vnio

duarū extremitatum cū medio in duabus premissis. sufficit ad ostendendum vnionem extremitatū inter se in cōclusione. Harū aūt ꝓpositionū prima vocatur maior p̄missa. ⁊ scd̄a ꝓpō vocatur minor p̄missa. qꝛ scd̄a ꝓpō se habet ad p̄mā vt ꝯtrahens ⁊ determinās eā. ⁊ sic hꝫ quodāmodo rōem ptis. eo ꝙ in minus se habet q̄ꝫ p̄ma ꝓpō. cū determinet ⁊ ꝯprehendat eā. Modo ptis est determinare suū totū. ⁊ sic p̄ma ꝓpō dꝛ ꝯuenienter maior p̄missa. et scd̄a minor p̄missa ☞ Contra predicta arguitur p̄mo sic In quolibet syllogismo sunt due ꝓpōes. ergo in quolibet syllogismo sūt quatuor termini. ꝯñā tꝫ. qꝛ quelibet ꝓpō ꝯstituitur ex duobꝰ terminis Scd̄o sic. In syllogismo ex oppositis tm̄ sūt duo t'mini. vt hic oīs hō currit. nullus hō currit g̊ nullꝰ hō est hō. g̊ male dꝛ ꝙ in syllogismo sūt tres termini Tertio sic In omī syllogismo sunt due p̄misse cū vna ꝯclusione. q̄ qdeꝫ ꝯclusio est vna ꝓpō. g̊ syllogismus ꝯstat ex tribꝰ ꝓpōibꝰ ⁊ nō solū ex duabus Quarto sic. Omnis terminus est aliqd extremū cū terminus dicatur a terminādo. igitur nullus terminus dꝛ mediū Quinto sic. In eadeꝫ ꝓpōne non p̄t bis sumi idē terminus cū alio termino. sꝫ syllogismus ē vna ꝓpō. igitur in ip̄a mediū nō bis sumitur ante ꝯclusionē. ¶ Ad p̄mū dꝛ. ꝙ lꝫ in duabꝰ ꝓpōibꝰ sint quatuor termini f'm nūeꝝ. sunt tn̄ tm̄ tres f'm spēm qꝛ idē terminus scꝫ mediū sub eadē rōe in duabꝰ p̄missis bis sumitur. ⁊ manet idē terminus f'm spēm ⁊ rōnem in duabꝰ ꝓpōnibꝰ Ad scd̄m dꝛ. ꝙ licet in syllogismo ex oppositis qui procedit ex p̄missis ꝯtrarijs ⁊ ꝯtradictorijs sint duo termini material'r. sunt tn̄ tres formal'r. qꝛ vnus hꝫ rōnem maioris ⁊ minoris extremitatis q̄ de seip̄o negatur in ꝯclusione vt ad longum hꝫ determinari in scd̄o Prioꝝ Ad tertiū dꝛ. ꝙ licet ꝯclusio sit ꝓpositio. tn̄ ip̄a nō est de essentia syllogismi. sꝫ tm̄ due p̄misse. ideo in syllogismo nō sūt nisi due p̄misse seu ꝓpōes formal'r Ad q̄rtū dꝛ. ꝙ licet medium habeat rōem extremi respcū p̄missaꝝ q̄s determinat. tn̄ respectu extremitatū quas ꝯiungit dꝛ mediuꝫ. igitur respcū diuersorū dꝛ terminus ⁊ medium Ad q̄ntū dicitur. ꝙ licet syllogismus sit vna ꝓpō ypothetica ꝟtualiter. tn̄ includit plures ypotheticas in q̄bꝰ mediū bis sumitur

[A]d syllogismū autem exigitur modus et figura Figura est ordinatio trium terminorum f'm subiectionem et predicationem. Hec autem ordinatio fit tribus modis. vt dictum est prius. Et f'm hoc tres sunt figure. Prima figura est. quādo medium subijcitur in vna propositione et predicatur in alia. vt omne animal est substantia. omnis homo est animal. ergo omnis homo est substantia. Secunda figura est. quādo medium predicatur in vtraqꝫ. vt omnis hō est animal. nullus lapis est aīal. ergo nullus lapis est homo Tertia figura est quando medium subijcitur in vtraqꝫ. vt omnis

homo est animal. omnis homo est substātia. ergo quedā sub
stantia est animal. vn̄9. Prima prius subijcit mediū post pre
dicat ipsum. Altera bis dicit. tertia bis subijcit ipm Mo
dus est ordinatio duarum propositionū in debita qualitate
et q̄ztitate Debitas qualitas est. ꝙ si vna sit negatiua reliqua
erit affirmatiua. Debita q̄ztitas est. ꝙ si vna est particularis
reliqua erit vniuersalis.

¶ Postq̄ꝫ autor ostendit que et quot sunt p̄ncipia materialia q̄ req̄runt
ad syllogismū. pn̄r ostēdit que ꝛ quot p̄ncipia formalia requirant ad syl
logismū dicens. ꝙ ad syllogismū requirunt duo p̄ncipia formalia. scꝫ mo
dus et figura. Et p̄mo determinat de figura cū sit forma cōis ipius syllo
gismi Modus vero forma spēalis. diffinit ergo figurā dicēs. Figura est
ordinatio triū terminoꝝ ſm debitā subiectōeꝫ ꝛ p̄dicatōem. In q̄ diffini
tione ponitur ordinatio loco generis. quia ꝯuenit tam modo q̄ꝫ figure Et
dr̄ triū terminoꝝ ad drām modi q̄ est ordinatio duaꝝ ꝓpōnū. que q̇dē or
dinatio sequit̄ naturā vl'is ꝛ ꝑticularis. et hoc ſm rem vel modū enūciādi
Et dr̄ ſm deditā subiectōem ꝛ p̄dicatōnem. ad explicandū qualiter fiat
ordinatio hm̄oi terminoꝝ. ꝛ capit̄ figura h̄ si'litudinarie ꝑ si'litudineꝫ ad
figurā triangularē. q2 sicut in triangulo tres linee ꝯiungunt̄ in trib9 termi
nis. sic in syllogismo ꝯiūgunt̄ tres ꝓpōnes in trib9 terminis. ☞ Sciē
dum primo. ꝙ tres sunt figure syllogismoꝝ. Ratio est. q2 figura est ordi
natio triū terminoꝝ. scꝫ medij ꝛ duaꝝ extremitatū. Aut ergo tale mediū
subijcit̄ maiori extremitati. ꝛ p̄dicat̄ de minori ꝛ sic est p̄ma figura. vel pre
dicat̄ de vtraqꝫ. ꝛ sic est scd̄a figura. vel subijcit̄ in vtraqꝫ. ꝛ sic est tertia fi
gura. Ex quo ptꝫ ꝙ p̄ma figura est. qn̄ idē subijcit̄ in maiori ꝛ predicat̄ in
minori propōne. Et scd̄a qn̄ idē p̄dicat̄ in vtraqꝫ. Et tertia figura ē qn̄
idem terminus subijcit̄ in vtraqꝫ ꝓpōne. ptꝫ etiā ꝙ mediū p̄me figure est
potissimū mediū cū sit mediū positōne ꝛ ꝯiūctione sil'. Subijcit̄ enim in
vna ꝛ predicat̄ in alia. ꝛ sic est verū mediū. Mediuꝫ aūt aliarū figurarum
vel solum subijcitur vel solum p̄dicat̄ Medium tamen qd̄ solum p̄dicat̄
ꝯiūgit extremitates vl'r. Et mediū qd̄ sꝑ subijcit̄ ꝯiūgit eas ꝑticulariter
ideo ꝯueniēter po nit̄ scd̄a figura ī qua mediū in vtraqꝫ p̄dicat̄ ante tertiā
Nam figure ordināntur ſm maiorē vel minorem ꝑfectionē sui medij.
¶ Sciendū scd̄o. ꝙ licet sit vna figura in qua mediū subijcit̄ in maiori et
p̄dicat̄ in minori. tn̄ nō p̄t esse vna figura in qua mediū p̄dicat̄ de maiore
extremitate et subijciat̄ minori. q2 si sit tale habebit rōem totius respectu
maioris extremitatis de qua predicat̄ ꝛ habebit rōnem ꝑtis respectu mi
noris si sibi subijciat̄. Modo maior extremitas respectu minoris extremi
tatis se habet vt totū. igit̄ si tale mediū sit totū respectu maioris. erit etiā
totū respectu minoris ꝛ sic erit totū. et ꝑs supius ꝛ inferius. maius et mi
nus respectu minoris extremitatꝭ qd̄ est impossibile. igit̄ talis dispō figu
re est impossibilis Ideo non est ponenda quarta figura in qua sit talis dis

positio sicut posuit Galienus verũtamem ꝭm hanc dispõem figure põt aliquid ↄcludi ↄformiter ad illã regulã añpredicamẽtalẽ.qñ alterũ de al/tero ⁊c.sed ad hoc ꝙ ibi sit necessitas ↄñe ⁊ syllogismi.scda ꝓpõ debet fie/ri maior premissa.qꝛ predicatũ eius cõtinet mediũ ⁊ minorẽ extremitatẽ ⁊ sic in ea sumiꝛ maior extremitas cũ medio.⁊ est ibi dispõ ꝑme figure trã/sponẽdo ꝑmissas ⁊c. ¶ Sciẽduȝ tertio.ꝙ modꝰ ẽ ordinatio duaꝝ ꝓpõnũ in debita q̃ntitate ⁊ q̃litate.⁊ poniꝛ ordinatio loco generis Poniꝛ ãt dua/rum ꝓpositionũ ad drãm figure.que est ordinatio triũ terminoꝝ. Et po/niꝛ in debita q̃ntitate ⁊ qualitate.ad drãm cõbinationũ inutiliũ in quibꝫ non est debita qualitas et q̃ntitas. Est aũt cõbinatio inutilis ordinatio duaꝝ propositionũ ex quibꝫ non sequiꝛ formaliter aliqua ↄclusio qꝺ ↄtin/git qñ ambe premisse sunt ꝑticulares vel ambe negatiue. Et dꝛ inutilis. qꝛ non valet ad aliquid ↄcludẽdũ.⁊ q̃uis in ea sit debita dispõ figure.tñ non est debita ordinatio propositionũ.ideo ibi non est modus

¶ Sciẽdũ quarto.ꝙ debita q̃ntitas est.ꝙ si vna ꝓpositio sit ꝑticularis alia debet esse vniuersalis.qꝛ ex puris ꝑticularibus nihil sequiꝛ.vt postea patebit.igiꝛ si vna sit ꝑticularis reliqua erit vniuersalis nõ tñ oportet.ecõ/tra ꝙ si vna sit vl̃is alia sit ꝑticularis.quia ambe possunt esse vniuersales Sed debita qualitas est.ꝙ si vna propositio sit negatiua.reliqua sit af/firmatiua.qꝛ ex puris negatiuis nihil sequiꝛ.nunq̃ aũt oportet ecõtra.ꝙ si vna sit affirmatiua.reliqua sit negatiua.qꝛ potest fieri bonus syllogis/mus ex puris affirmatiuis. ☞ Contra predicta arguiꝛ ꝑmo sic. Or/dinatio est quedã actio cũ ordinare est agere.ȝ figura non est actio.ergo non est ordinatio Scdo sic. In hac propõne aial rõnale est hõ est ordi/natio triũ terminoꝝ ꝭm subiectõem ⁊ predicatõeȝ.et tñ non est in aliqua figura vt pȝ inductiue in oibꝫ figuris.ergo diffinitio figure cõuenit alijs a diffinito Tertio sic.illud qꝺ predicaꝛ de vtraq̃ extremitate poniꝛ su/pra ambas extremitates.et similiter quod subijcitur vtriqȝ extremitati sub ambabꝫ extremitatibꝫ.sed nullũ ẽ tale mediũ.igiꝛ male ponũtur secũ/da ⁊ tertia figure Quarto sic. Impossibile est modus.⁊ tñ nõ est ordi/natio duaꝝ ꝓpõnũ.igiꝛ ↄtra diffinitõem modi. Quinto sic.qñ ambe ꝑ/misse sunt vl̃es affirmatiue in scda figura.ibi est ordinatio duaꝝ ꝓpositio/num in debita q̃ntitate ⁊ qualitate.⁊ tñ ibi non est modus.ergo diffinitio ↄuenit alijs a diffinito. ¶ Ad ꝑmũ diciꝛ.ꝙ si capiaꝛ ordinatio actiue ꝓ actione ordinãtis sic ordinatio est actio.sed si capiaꝛ formaliter ꝓ dispo/sitione formali terminoꝝ.sic ordinatio non est actio.⁊ sic capiꝛ hic. Ad secundum dꝛ.ꝙ licet in hac ꝓpõe.aial rõnale est homo sit ꝭm rem ordina/tio triũ terminoꝝ.tñ nõ ordinanꝛ ꝑ modũ triũ ȝ ꝑ modũ duoꝝ.qꝛ aial et rõnale se hñt ꝑ modũ vnꝰ termini.mõ in figura requiriꝛ ꝙ tres termini ordinenꝛ ꝑ modũ triũ Ad tertiũ dꝛ.ꝙ licet illud qꝺ predicaꝛ de vtraq̃ extremitate nõ sit mediũ positõe.imo est supius positõne.tñ est mediuȝ ↄiũctõne respectu extremitatũ.⁊ sic silr̃ illud qꝺ subijciꝛ in vtraqȝ extre/mitate est solum mediũ cõiunctõne.licet sit inferius positõe. Ad quar/tum dꝛ.ꝙ si capiatur modus vt est adiacens rei determinatio faciẽs ꝓpo/sitõem modalem sic impossibile est modus.ȝ si capiaꝛ ꝓ dispõne duaruȝ ꝓpositionũ sicut in ꝓposito accipiꝛ.sic impossibile non est modus. Ad

quintū dr. q ibi non est debita qualitas q̄tum ad modos scđe figure. licz q̄tum ad figurā p se vl'r sit debita qualitas. modo ad hoc q sit modus in aliqua figura req̄ritur q sit debita q̄titas et qualitas ɓm exigentiam figure in speciali.

Unde tales dantur regule vtiles ad quālibet figurā. Ex puris ꝑticularibꝫ indiffinitis et singularibus nihil sequit. vn̄ oportet alterā p̄missarū esse vniuersale. Item ex puris negatiuis nihil sequit. vnde oportet alterā premissarū esse affirmatiuā. Item si aliqua premissarū fuerit ꝑticularis cōclusio erit ꝑticularis et nō ecōtra. Item si aliqua premissarū fuerit negatiua. ɔclusio erit negatiua. Item mediū nunq̄ debet poni in ɔclusione. vn̄ Partibꝫ ex puris seq̄t nil siue negatis. Si q̄ preit ꝑtis sequit conclusio ꝑtis Si qua negata preit ɔclusio sitq̄ negata. Lex generalis erit medium concludere nescit.

Postq̄ autor determinauit de modo ⁊ figura. p̄ūr anteq̄ determiñet in sp̄eali de modis singulaꝝ figuraꝝ ponit quasdā regulas ḡnales. quaꝝ p̄ma est hec Ex puris ꝑticularibꝫ indiffinitis ⁊ singularibꝫ nihil seq̄tur syllogistice. Cuius triplex assignaẗ rō. Prima q2 oīs bon⁹ syllogism⁹ regulaẗ p dici de omi vel dici de nullo. Sz si ambe p̄misse sīt ꝑticulares ibi nō est dici de omi. aut dici de nullo. cū ibi nulla sit ꝓō vl'is. ḡ talis dispō p̄missaꝝ est inutilis ad aliq̄d ɔcludendū. Scđa cā est nā ꝓpter vnionē extremitatū cū medio ɓm diuersas ꝑtes mediȷ̄ eius nō sequit vnio extremitatū inter se grā forme. lz hec fiat aliqñ grā materie. Sz qñ ambe p̄misse sunt ꝑticulares. tūc extremitates p̄ñt vniri cū medio ꝑ diuersis ꝑtibꝫ ei⁹. vt hic q̄dā aīal est equus. hō est aīal. ḡ homo est equus. ibi hō et equus vniunẗ cū aīali ꝑ diuersis ꝑtibꝫ eius. ⁊ tñ ꝓpterea nō seq̄tur vnio extremitatū illaꝝ inter se.. Tertia cā est. q2 arguendo ex puris ꝑticularibꝫ p̄ñt reperiri termini in q̄bꝫ omi ⁊ termini in q̄bꝫ nulli. vt faciliter ꝑtz intuēti. ḡ talis cōbinatio ē inutilis. ⁊ p ɔ̄ñs ex puris ꝑticularibꝫ nihil seq̄r syllogistice

☞ Sciendū p̄mo. q scđa regula ḡnalis est hec. q ex puris negatiuis in nulla figura p̄t haberi bonus syllogismus. s3 oportet alterā p̄missaruz esse affirmatiuā vel ambas sil'. Cuius duplex rō est. Prima. q2 ꝓpter separatōem duoꝝ extremoꝝ in aliquo tertio nō seq̄tur vnio vel separatio eoꝝ inter se. vt scz propter separatōem hois ⁊ risibilis a lapide nō seq̄tur separatio hominis ⁊ risibilis inter se. sed qñ ambe p̄misse sunt negatiue denotaẗ separatio duoꝝ extremoꝝ a medio. ⁊ ex hoc non sequitur separatio duaꝝ extremitatū inter se. ergo regula vera. Scđa rō. q2 arguēdo ex puris negatiuis possunt repiri termini in quibꝫ omi. vt animal lapis equus. et termini in quibus nulli. vt equus homo lapis. igitur regula vera. Et hec ratio

In nomine

secũda est generalis cuilibet figure quã adducit Arez.ad oẽs ꝯbinatões inutiles reprobãdas ¶ Sciẽdum scðo.ꝙ tertia regula generalis est.si aliqua p̄missarũ fuerit ꝑticularis.ꝯclusio erit ꝑticularis. Cuius rõ est. qꝛ vt pluries dictũ est extremitates vniunť in ꝯclusione ꝟtute vnionis earũ cũ medio in p̄missis.sꝫ cũ aliqua p̄missaꝝ est vniuersalis ꝛ alia ꝑticularis extremitates in medio vniunť ꝑticulariter Quãuis eñ vna vniať vl'r cũ medio.alia tñ vniť ꝑticulariter cũ ip̄o.ꝛ sic etiã cũ alia eius extremitate.ergo tales extremitates in ꝯclusione solũ debẽt vniri ꝑticulariter. Ex quo ptꝫ ꝙ in tali dispõne p̄missa vl'is ꝛ ꝑticularis quodãmodo se hñt sicut cã vniuersalis ꝛ ꝑticularis in naturalibꝫ in quibꝫ effectus assimilať cause ꝑticulari ꝛ nõ vl'i.vt hõ genitus assĩlať hoĩ magis ꝙ̃ soli q̇ est vl'e generãs.ergo simpl'r in p̄dcã dispõne ꝯclusio debet magis assimilari ꝑticulari ꝙ̃ vl'i ¶ Sciendũ tertio.quarta regula est.Si aliqua p̄missaꝝ fuerit negatiua. ꝯclusio debet esse negatiua.cuius rõ est. Quia vnio vel sepatio extremitatũ in ꝯclusione seqtur ꝓpter vnionẽ ꝛ sepatõem eaꝝ cũ medio in p̄missis.vt supius dictũ est.Sꝫ qñ vna p̄missaꝝ est negatiua ꝛ alia affirmatiua.tũc due extremitates sepanť ab inuicẽ.hoc modo ꝙ vna ꝯiũgiť medio a quo medio alia sepať in p̄missa negatiua.ergo oportet illas extremitates separi ab inuicẽ in ꝯclusione.igiť qñ vna p̄missa est negatiua. tũc conclusio etiã debet esse negatiua ¶ Sciẽduꝫ q̃rto.ꝙ quinta regula est.ꝙ medium nunꝙ̃ dꝫ intrare ꝯclusionẽ.cuius duplex est ratio. Prima.qꝛ vl' poneref cũ maiori extremitate.ꝛ sic ꝯclusio nõ differt a maiori p̄missa.vl' poneref cũ minori extremitate. et tũc iterũ nõ differret a minori p̄missa.ꝛ sic vtroꝙ̃ modo ꝯclusio non esset alia a p̄missis.qð est ꝯtra rõnem syllogismi.ergo in syllogismo mediũ nõ debet poni in ꝯclusione.Scða ratio est. qꝛ in oĩ syllogismo dꝫ ꝯcludi vnio vel sepatio illaꝝ extremitatũ inter se cũ illud sit finis syllogismi. Sed si mediũ poneref in ꝯclusione denotaref vnio vel sepatio medij ab aliqua extremitate.ꝛ nõ extremitatũ inter se.et sic nõ habereť finis syllogismi.ꝛ ꝑ ꝯñs non debite fieret syllogismus.

☞ Contra p̄dicta arguiť primo sic. Bene seqtur.sortes est aĩal. sortes est risibilis.ergo qðdã risibile est aĩal Igiť ex purꝫ singularibꝫ aliq̇d sequiť ergo eadẽ rõne ex puris ꝑticularibꝫ aliquid seqtur. Scðo sic.bñ seqtur si nõ est hõ nõ est risibile.sꝫ hõ nõ est ḡ risibile nõ ẽ.ꝛ tñ arguiť ex puris negatiuis Tertio sic.qñ aliq̃ cã est maioris ꝟtutis.tãto pt sibi magis assimilare effectũ.sed p̄missa vl'is est maioris ꝟtutis ꝙ̃ ꝑticularis. ergo vna premissa exñte vl'i ꝛ altera ꝑticulari ꝯclusio debet esse vl'is.ꝛ nõ ꝑticularꝫ Quarto sic.qñ vna premissa est affirmatiua ꝛ alia negatiua extremitates nõ sepanť a medio in p̄missis.ergo nec in ꝯclusione.ergo ꝯtra quartã regulã.ꝛ ꝑ ꝯsequẽs nõ oportet ꝙ si aliqua p̄missarũ sit negatiua ꝙ ꝯclusio sit negatiua Quinto sic. Mediũ qñꝙ̃ includiť in minori extremitate sicut supius in suo inferiori.sꝫ minor extremitas sꝑ poniť in ꝯclusione.ergo medium quãdoꝙ̃ poniť in ꝯclusione ☞ Ad p̄mũ diciť.ꝙ ibi nihil seqtur nisi ꝑ syllogismũ expositoriũ.non tamen ꝑ syllogismũ simpl'r q̇ fit in aliquo modo ꝛ figura Unde syllogismus expositorius est cuius mediũ est singulare singulariť tentũ.vt hic sortes est aĩal.sortes est risibilis.ergo quoddã risibile est aĩal.cuius p̄ncipium regulatiuũ pro affirmatiuis est

Quādocūqꝫ aliqua duo ɔueniūt in aliquo singulari singulariter tento. illa inter se ɔueniūt. sed ꝓncipiū regulatiuū eius ꝑ negatiuis est. quādocūqꝫ duorū vnū ɔuenit cū vno singulari a quo aliud disconuenit. illa inter se disconueniūt Ad scdm dr. ꝙ nō arguit ex puris negatiuis. qꝛ maioꝛ est vna cōditionalis affirmatiua. nec simplr ꝑ syllogismū cathegoricū arguit. sed per ypotheticū. scꝫ a toto ɔditionali. Ad terciū dr. ꝙ licet ꝓpositio vlis sit maioris virtutis in inferendo ɔclusionē. tn̄ nō opoꝛtꝫ ɔclusionē magis assilari vli. qꝛ ipsa nō est totalis cā nec ꝓpinqua ɔclusionis. Sed ꝓmissa ꝑticularis ꝓpinquioꝛ est ⁊ imediatioꝛ ɔclusioni. ideo debet sibi assilari magis. vt pꝫ ex sententia Aresto. ꝑmo ꝓoꝝ Ad quartū dr. ꝙ qn̄ aliqua est negatiua et aliqua affirmatiua. licet extremitates nō ꝑmo ⁊ ꝑ se ab aliquo separant. tamen bene ex ɔsequenti inqꝫtum vna ɔiūgit cū medio in ꝑmissa affirmatiua a quo alia extremitas separat in ꝑmissa negatiua Ad qntum dr. ꝙ licet mediū qnqꝫ ꝫm rem includat in minoꝛi extremitate. nō tn̄ ꝫm rem ⁊ vocez simul. ideo nō intrat ɔclusionē formalr. ⁊ eo mō quo est mediū in ꝑmissis.

Prima figura nouem habet modos. Primi quatuoꝛ concludūt directe. reliqui vero qnqꝫ ɔcludūt indirecte. Directe qdem ɔcludere est maioꝛem extremitatē predicari de minori in cōclusiōe. Indirecte ɔcludere est minorē extremitatem ꝑdicari de maioꝛi in ɔclusione. Nota duas regulas. quarū prima conuenit tm̄ prime figure quo ad quatuoꝛ ꝑmos modos. et secūde quo ad oēs. Secūda etiā cōuenit tm̄ prime figure quo ad eius quatuoꝛ ꝑmos modos. et tercie figure q̄ ad oēs. Prima regula talis est. Minoꝛe existēte negatiua nihil seqꝛ. Scda regla ē. maioꝛe existēte ꝑticulari nihil seqꝛ.

Postqꝫ autoꝛ determinauit de syllogismo in generali ostendēs quid et ex quibꝫ ꝓncipijs ɔstat taꝫ materialibꝫ qꝫ formalibꝫ. Et que sunt regule generales omi figure. Cōsequēter determinat de syllogismo in spēali docens formatōem omniū syllogismoꝝ in qualibet figura. Et ꝑmo in ꝑma figura. eo ꝙ syllogismi ꝑme figure sunt ꝑfectiores alijs. cū in ipsis sit mediū positione ⁊ cōiūctione simul. qꝛ subijcit maioꝛi extremitati ⁊ ꝑdicat de minoꝛi. etiam ɔiūgit extremitates inter se. In alijs ꝯo figuris solū inuenit mediū ɔiūctiōe. Primo igit enumerat modos ꝑme figure dicēs. ꝙ ꝑma figura nouē hꝫ modos. scꝫ quatuoꝛ directe cōcludentes ⁊ qnqꝫ indirecte cōcludētes.

¶ Sciendū ꝑmo. ꝙ ꝑdictoꝝ modoꝝ sufficientia pt sic haberi. qꝛ omīs modus est oꝛdinatio duaꝝ ꝑmissaꝝ. Aut ergo ambe sunt vles aut ꝑticulares. vel maioꝛ vlis ⁊ minoꝛ ꝑticularis vel econtra. Si ambe sunt vles hoc est quadruplr. vel ambe sunt affirmatiue. ⁊ sic est barbara ⁊ baralipton. vl ambe sunt negatiue. ⁊ sic nihil sequit. vl maioꝛ affirmatiua. ⁊ sic est fapesmo. vel

econtra maioꝛ negatiua ⁊ minoꝛ affirmatiua. ⁊ sic sunt celarent ⁊ celantes Si vero ambe sint ꝑticulares hoc est quadrupl'r. sicut ṗus dictū est. ſ3 quocūq3 mō disponātur penes affirmatiuū ⁊ negatiuū semꝑ est ꝯbinatio inutilis. q2 ex puris ꝑticularib9 nihil seq̇tur Si maioꝛ sit vl'is ⁊ minoꝛ ꝑticularis hoc est quadrupl'r. q2 ambe sunt affirmatiue. ⁊ sic est darij ⁊ dabitis. vel ambe negatiue. ⁊ sic nihil seq̇tur. vel maioꝛ negatiua ⁊ minoꝛ affirmatiua. ⁊ sic est ferio. vel econtra. ⁊ sic nihil seq̇tur. q2 minoꝛe existente negatiua in ṗma figura nihil seq̇tur. Si maioꝛ sit ꝑticularis ⁊ minoꝛ vl'is. hoc est quadrupliciter vt ṗus. ⁊ quocūq3 mō disponātur semꝑ est ꝯbinatio inutilis. nisi quādo maioꝛ est affirmatiua ⁊ minoꝛ negatiua indirecte ꝯcludendo. ⁊ sic est fapesmo ¶ Sciendū scdo. ꝙ baralipton celantes dabitis nō distinguūtur eēntialiter a barbara celarent ⁊ darij q̄tum ad dispōnem p̄missaꝝ in debita q̄litate ⁊ q̄titate. q2 est eadē oꝛdinatio p̄missaꝝ in ipsis. sed tn̄ distinguuntur accn̄taliter a se inuicē sc3 ad modū ꝯcludendi directe ⁊ indirecte. Ideo Arestoteles ṗmo ṗoꝝ solū distinguēs modos syll'moꝝ q̄tum ad formale3 dispositionē p̄missaꝝ nō distinxit hos tres modos a trib9 p̄cedentib9. S3 boetius ⁊ petrus hys. ꝯsiderantes nō solum dispōnem p̄missaꝝ. sed etiā diuersos modos ꝯcludendi. posuerūt hos tres modos distinctos a trib9 dictis. eo ꝙ ꝯcludūt directe ⁊ alij indirecte ⁊c. ¶ Sciendū. ꝙ directe cōcludere est maiorē extremitatē p̄dicari de minori in ꝯclusione. Sed indirecte ꝯcludere est minorē extremitatē p̄dicari de maiori in cōclusione. Cuius rō est. q2 qn̄ maioꝛ extremitas p̄dicat' in ꝯclusione de minori. ibi designatur directus ꝓcessus rōnis a maiori extremitate incipiens. ⁊ fit ꝑ mediū ad minorem extremitatem. Et deinde ꝯparat' minoꝛ extremitas ad maiorē in ꝯclusione ⁊ intellectus in tali ꝓcessu cum ꝑuenit ad minorem extremitatē directe dicit' cōparare eam ad maiorem. ideo hic fit directa ꝯclusio. Sed quādo minoꝛ p̄dicatur de maiori designat' indirectus ꝓcessus rōnis. q2 designat' ꝙ intellectus ṗmo accipit maiorem cū medio. ⁊ secūdo minorem cū medio. ⁊ iterum reuertitur ad maiorē extremitatem anteq3 vniat ipsam cū minoꝛe extremitate. ⁊ non vnit minorem extremitatē directe ⁊ immediate cum maioꝛe post acceptōem ipsius minoris cū medio. Et sic p3 causa quare d2 cōclusio directa vel indirecta. que est cā generalis ad omes figuras. ¶ Sciendū quarto ꝙ due regule ponūtur ꝓ modis directe ꝯcludentib9 ṗme figure. Prima regula est. minori existente negatiua nihil seq̇tur directe in ṗma figura. Cuius rō est. q2 si minoꝛ sit negatiua opoꝛ3 maiorem esse affirmatiuā ⁊ cōclusionem esse negatiuā ꝓpter duas regulas generales prepositas. ⁊ tunc maioꝛ extremitas non distribueret' in maiori ꝓpōne. cū ess3 p̄dicatu3 ꝓpōnis affirmatiue. ⁊ tn̄ distribueret' in cōclusione. cū esset p̄dicatum ꝓpōnis negatiue. qd̄ semꝑ distribuit'. ⁊ sic argueret' a nō distributo ad distributū. qd̄ est arguere a positōe ꝯsequētis ad positōem an̄tis. q2 nō distributū est ꝯsequēs respectu distributi. sicut est hō ꝯsequēs ad omnē hominē. Ite3 in tali dispositione possunt dari termini in quib9 omi. vt aīal hō equus. ⁊ in quib9 nulli. vt aīal hō lapis. ergo minori negatiua nihil seq̇tur directe. Et d2 directe. q2 bene sequitur aliq̇d indirecte. vt in fapesmo ⁊ frisesmoꝝ. Secūda regula est. ex maiori particulari nihil sequitur directe. Cuius ratio est. quia in prima figura ad concludendū directe opoꝛtet minorem esse affirmatiuam. vt dictū

est.et sic mediū non distribueretur in minori cum sit predicatū ꝓpōnis affir
firmatiue.nec in maiori. cum sit subiectum propositionis particularis.ꝛ sic
tenebitur particulariter in vtraqꝫ premissaꝝ.ꝛ poterit vniri ꝓ diuersis par
tibus eius cum duabꝫ extremitatibꝫ.ex qua vnione non sequitur aliqua cō
clusio.igitur maiori existenti particulari in prima figura nihil sequitur direc-
te.licet bene indirecte.vt in frisesmorum . Item possunt etiam reperiri ter-
mini in quibꝫ omni ꝛ in quibꝫ nulli.vt patet intuenti ¶ Contra predicta
arguitur primo sic.Idem est modus ꝛ combinatio vtilis duarū premissa-
rum.quia idem est definitum ꝛ definitio.sed modus diuiditur per combi-
nationem vtilem .sed in prima sunt tantum quatuor combinationes vtiles
ad concludendum directe.et duo ad concludendum indirecte.ergo tantū
sunt sex modi prime figure Secundo arguitur sic dicendo omnis homo
est animal.substantia est homo.ergo substantia est animal. ibi maior extre-
mitas predicatur de minori.et tamen non est directa conclusio.cum ibi sit in
directa predicatio.ergo contra definitionem eius quod est directe conclude
re Tercio sic.minor extremitas se habet vt pars respectu maioris.sed ps
non predicatur de suo toto.cum non dicat esse ipsius.ergo indirecte conclu
dere non est quando minor extremitas predicatur de maiore. Quarto
arguitur sic.bene sequitur.omnis nonhomo non est risibilis.lapis nō est ho
mo.ergo lapis non est risibilis.ergo minori existenti negatiua in prima figu
ra aliquid sequitur.quod est contra primam regulam. Quinto sic. bene
sequitur. quoddam rationale currit.omnis homo est rationalis.ergo qui-
dam homo currit.Tenet consequentia.quia ex opposito consequentis seqꝇ-
tur oppositum antecedentis.ergo maiori particulari sequitur directe aliqḋ
in prima figura.quod est contra secūdam regulam Ad primum dicitur
ꝙ licet in prima figura sint tm̄ due combinatiōes primo et per se vtiles ad
concludendum indirecte.scilꝫ fapesmo et frisesmorum. tamen sunt plures
alie vtiles ex consequenti ad concludendum indirecte.quia combinatiōes
que sunt in tribꝫ primis modis primo et per se valent ad cocludendum di
recte et ex consequenti per cōuersionem suarum cōclusionū ad cōcludendū
indirecte.Omīs em̄ syllogismus cuius ꝯclusio potest cōuerti pt inferri in-
directe ꝯuertentem eius ꝛ econtra. vt patebit Ad secūdū dicit̄.ꝙ non dr
directa cōclusio.eo ꝙ ibi sit directa p̄dicatio.sed quia ibi denotatur directꝰ
processus rōnis.vt dictum est prius. Ad terciū dicitur.ꝙ licet minor ex
tremitas nō dicat s̄m rem totum esse maioris.tamē dicit s̄m modū inqꝫtuꝫ
de ipsa enūciatur.qđ sufficit ad hoc ꝙ predicetur de maiori.qꝛ hic nihil dif-
fert predicari vere vel false. Ad quartum dicitur.ꝙ ibi non est formali-
ter syllogismus.qꝛ subiectū maioris scꝫ nōhomo non p̄dicatur de minori.
sed homo ibi predicatur.ideo non bene arguitur in prima figura.sed tamen
ibi est virtualiter syllogismus inqꝫtum ista lapis nō est homo.equalet huic
lapis est nonhō.ꝛ tūc minor est affirmatiua.ꝛ arguit̄ in darij Ad quintū
dicitur.ꝙ licet in illo argumento sequit̄ ꝯclusio gratia materie.scꝫ ꝓpter con
uertibilitatē rōnalis ꝛ hominis.nō tamen gratia forme arguendi.quia non
tenet in omnibꝫ terminis simili forma arguendi retenta.vt nō sequitur.qđ-
dam aīal est asinus.omīs homo est animal.ergo quidam homo est asinus.
cum antecedens sit verum et consequens falsum

Tractatus quartus.

Barbara p̄mus modus ꝯstat ex duabꝫ vl'ibꝫ affirmatiuis
vl'em affirmatiuā directe ꝯcludentibꝫ. vt om̄e aīal est sub
stantia. oīs hō est aīal. ergo oīs hō est suba. Celarēt secun
dus modus cōstat ex maiore vl'i negatiua. ⁊ vl'i affirmatiua
minore. vl'em negatiuā directe ꝯcludentibꝫ. vt nulluz aīal est
lapis. oīs hō est aīal. ergo nullus hō est lapis

Postq̄ autor determinauit de modis p̄me figure in generali. Hic con
sequēter in spēali determinat de ipsis. ⁊ p̄mo de modis directe ꝯcludētibꝫ.
q̄z de ꝯcludētibꝫ indirecte. Et inter modos directe ꝯcludentes p̄us deter
minat de modis vl'ibꝫ q̄z particularibꝫ. Et adhuc inter vl'es p̄us dē modo
vl'i affirmatiuo. q̄ intelligit̄ ꝑ Barbara. q̄z de mō vl'i negatiuo. q̄ intelligit̄ ꝑ
celarēt. eo ꝙ affirmatio p̄cedit negatōem ¶ Sciendū p̄mo ꝙ barbara con
stat ex duabꝫ vl'ibꝫ affirmatiuis. vl'em affirmatiuā cōcludētibꝫ directe. vt oē
aīal est suba. oīs hō est aīal. g̊ oīs hō est suba. Et ꝓbat̄ ista ꝯn̄a ꝑ regulā di
ci de oī. q2 q̄cq̄d d̄r de subiecto distributo. d̄r de q̄libet supposito sumpto sub
ipso. sed in isto syll'mo suba d̄r de aīali distributo in maiori. et hō sumit̄ sub
aīali. g̊ suba d̄r de oī hoīe eo mō q̄ d̄r de oī aīali in q̄ ꝯcludit̄ oīs hō. Aliter
sic ꝓbat̄. q2 ꝯn̄a formalis est q̄ tenet in oībꝫ terminis ꝯsili forma arguēdi re
tenta. s3 ꝯn̄a facta in barbara tenet in oībꝫ terminis ꝯsili forma arguēdi re
tenta. q2 nō est dabilis instātia. g̊ ibi est ꝯn̄a formalis ¶ Sciēdū scd̄o. ꝙ int̄
oēs modos oīm figuraꝝ iste mod⁹ est ꝑfectior. cui⁹ rō ē. q2 est vl'is ⁊ affir
matiu⁹. inq̄ztū eīn est affirmatiu⁹ est ꝑfectior oībꝫ negatiuis. Itē in eo ꝯclu
dit̄ vl'is affirmatiua. s3 illa est difficillima ad ꝯcludēdū. q2 solū in vna figu
ra ⁊ in vno mō ꝯcludi p̄t. ipa eīn nō ꝯcludit̄ in scd̄a figura. cū ibi solū ꝯclu
dit̄ negatiue. nec in tercia figura vbi solū cōcludit̄ ꝑticulariter. nec cōcludit̄
in alijs modis p̄me figure ab isto. ideo solū in isto mō cōcludi p̄t. Quelibet
aūt alia ꝯcl'o p̄t ꝯcludi pluribꝫ modis. vt in sequētibꝫ patebit. ¶ Sciendu3
tercio. ꝙ celarēt scd̄s mod⁹ ꝯstat ex maiori vl'i negatiua. ⁊ minori vl'i affir
matiua. vl'em negatiuā ꝯcludentibꝫ directe. Et ꝓbat̄ ꝙ sit bona ꝯn̄a ꝑ re
gulā dici de nullo. vt arguēdo sic. nullū aīal est lapis. oīs hō est aīal. g̊ null⁹
hō est lapis. ibi lapis in maiori negat̄ de aīali distributo ⁊ de q̄libet contento
sub ipo. sed oīs hō ꝯtinet̄ sub aīali distributo. g̊ remouet̄ lapis ab hoīe di
stributo. p̄t etiā ꝓbari iste mod⁹ ꝑ definitōem ꝯn̄e formalis. q2 tenet in oībꝫ
terminis cōsili forma arguēdi retēta ¶ Sciēdum q̄rto. ꝙ in isto mō ⁊ in
oībꝫ alijs opꝫ mediū manere idē cū subijcit̄ in maiori ⁊ p̄dicatur in minori
Etiā maior extremitas d3 manere eadē in p̄dicato maioris. ⁊ in p̄dicato cō
clusiōis. s3 minor d3 manere eadē in subiecto minoris ⁊ in subiecto ꝯcl'onis
q2 si variarent̄ maior ⁊ minor. tūc in tali syll'mo eēnt plures termini q̄z tres
Et s̄m tria q̄libet terminus d3 manere idē. Primo s̄m vocē. scd̄o q̄ztum ad
s̄catū. ita ꝙ mediū in maiori ⁊ minori nō teneat̄ equoce pro diuersis s̄catis
q2 tūc nō esset vnus terminus sed plures s̄m rem s̄catā. Tercio d3 manere
idem quo ad supposita pro quibꝫ accipitur. ita ꝙ in maiori nō teneatur pro

aliqb⁹ suppositis. ⁊ ꝓ alijs in minori. Sed semꝑ debet capi pro eisdem ⁊ eq̄- libꝫ. ita ꝙ nō teneat̄ magis stricte vl̄ magis ample in vna p̄missaꝝ q̄ȝ in alia Et similiter dicendū est de extremitatib⁹. Et per hoc patꝫ intellectus istoꝝ modoꝝ vniuersaliū Contra predicta arguitur primo sic. nō sequit̄. omne aial si est rudibile est asinus. omis hō est aial si est rudibilis. ergo ois hō est asinus. et tñ ibi arguit̄ in p̄mo modo ⁊c̄. Secūdo sic. nō seq̄tur omne aial rōnale vel irrōnale est hō. omis equus est rōnalis vel irrōalis. ergo omnis equus est hō. ⁊ tamē arguit̄ in barbara. Tercio sic. nō sequit̄. cuiuslibet hois asinus currit. oīe rudibile est asinus. ergo oīe rudibile currit. q2 antecedēs p̄t esse verū ꝯsequente existente falso. posito ꝙ oīs homo habeat vnū asinum currentem ⁊ alium quiescentē. ⁊ tamen ibi arguitur in barbara. ergo in ipso nō est formalis ꝯsequentia. Quarto sic. nō sequit̄. nullus viuens generabitur. omnis homo est viuens. ergo nullus homo generabitur. et tamen ibi arguit̄ in celarent. ergo nō est formalis ꝯseq̄ntia Quinto sic. nō sequit̄. nullum currens est asinus. oīs homo p̄ter sortem currit. g̃ nullus homo preter sortem est asinus. q2 ꝯclusio est falsa cum dicat sortem esse asinū. et premisse sunt vere ⁊ possibiles. ⁊ tamen ibi arguit̄ in secūdo modo. ergo ibi non est formalis consequentia. Ad primum d2. ꝙ illa maior omne animal si est rudibile est asinus. potest esse ꝯditionalis vel de conditionato extremo. si sit ꝯditionalis tunc ibi non est bonus syllogismus in primo modo. quia ex hypoteticis non fit syllogismus cathegoricus. et si maior sit cathegorica tunc illa conditio si est rudibile potest fieri ad subiectum. et sic maior est falsa. ⁊ sequitur conclusio. ⁊ est sensus eius. de quocūq3 verū est dicere ꝙ sit animal si ipsum sit rudibile. verū est dicere ꝙ sit asinus. vel illa conditio fertur ad predicatū. et sic maior est vera Sed male subsumitur in minori. quia illa conditio non debet poni cum medio in predicato minoris. cum nō ponatur ad medium in subiecto maioris. ideo ibi nō arguit̄ in primo modo Ad secūdum dicitur. ꝙ illa maior. oīe animal rōnale vel irrationale est homo potest esse disiunctiua. et sic est vera. sed non est syllogismus cathegoricus. Vel potest esse de disiuncto subiecto. et hoc dupliciter. quia vel distribuitur totum illud disiunctum rōnale vel irratiōale. ⁊ sic est bonus syllogismus. sed maior est falsa sicut conclusio. vel distribuit̄ tm̄ prima pars disiuncti. scꝫ rōnale. ⁊ tunc maior est vera. sed non bene arguitur. quia plus est predicatum minoris q̄ȝ sit subiectum distributum in maiori Ad tercium dicitur. ꝙ ibi male subsumitur. quia subsumitur sub asino qui non distribuitur in maiori. ⁊ non subsumitur sub homine qui est subiectum distributionis maioris. sꝫ sic debet subsumi. Cuiuslibet hominis asinus currit. omne risibile est homo. ergo cuiuslibet risibilis asinus currit.

Ad quartū dicitur. ꝙ ibi arguitur a minus amplo ad magis amplum cum distributōe magis ampli ex p̄te hois qui in minori solū distribuit̄ pro hoib⁹ presentib⁹ ad quos restringit̄ ꝑ v̄bum p̄sentis t̄pis. ⁊ in cōclusione ꝓ presentib⁹ ⁊ futuris. ad quos ampliat̄ ꝑ illud verbū futuri temporis generabit̄ Ad quintū d2 ꝙ in illo syllogismo male cōcludit̄. q2 hec dictio p̄ter non excipit sortem in conclusione ab eodem predicato sicut in minori. nec est eadem dispositio subiecti in affirmatiua et negatiua. Ideo sic debet concludi. ergo nullus homo a sorte est asinus

Darij tercius modus constat ex maiore vl'i affirmatiua. ⁊ minore particulari affirmatiua. ꝑticularē affirmatiuā directe ꝯcludentib⁹. vt om̄e aīal est sub̄a. ꝗdam hō est aīal. ergo ꝗdā hō est substātia. Ferio quartus modus ꝯstat ex maiore vl'i negatiua ⁊ minore particulari affirmatiua. ꝑticularē negatiuam directe conclu dentib⁹. vt nullū aīal est lapis. ꝗdam hō est aīal. ergo ꝗdā homo non est lapis

Postq̄ autor determinauit de modis vl'ib⁹ ꝑme figure directe ꝯcludentib⁹. Cōsequenter determinat de modis ꝑticularib⁹ directe ꝯcludentib⁹. s. de darij ⁊ ferio. Et ꝑmo definit darij. eo ꝙ est modus affirmatiuus ⁊ alter negatiu⁹ dicens. Darij tercius modus ꝯstat ⁊c̄. vt sup̄ in textu arguendo sic. om̄e aīal est sub̄a. ꝗdā hō est aīal. g̊ ꝗdā hō est sub̄a. et ꝓbat̄ sic talis ꝯn̄a ꝑ regulam dici de om̄i. q₂ in illo syll'o sub̄a dr̄ de aīali distributo. g̊ dr̄ de q̊libet ꝯtento sub eo. sed aliꝗs hō ꝯtinet̄ sub eo. g̊ de ip̄o p̄dicat̄ sub̄a Et etiam p̄t ꝓbari ꝯn̄a ꝑ definitōem ꝯn̄e formalis. sicut dictū est de alijs modis

¶ Sciendū ꝑmo ꝙ ad debite syllogisandū in darij opꝫ ꝙ termini debite accipiātur sic ꝙ nō fiat variatio terminoꝝ in reiterādo illas extremitates in ꝯclusione vel reiteratōe medij in p̄missis. ⁊ ꝑ talē ꝯsideratōem circa terminos p̄n̄t cognosci multi paralogismi ꝗ fiunt apparēter s̄m istū modū. Et in ꝯspiciendū est circa hūc modū ad premissas ꝙ ille debite disponātur ita ꝙ ibi sint due cathegorice tm̄ tanq̄ ptes ꝑncipales. q₂ syllogismus cathegoric⁹ solū ꝯponit̄ ex duab⁹ ꝓpōnib⁹ cathegoricis. et si in aliquo syll'mo sint plures p̄misse q̄ due opꝫ ip̄m ꝑmo resoluere ad duas ꝓpōnes ꝗ sunt principales eius p̄misse. Etiā videndū est circa terminos vt debite forment̄ in isto vel in alijs ⁊c̄. ¶ Sciendū secūdo ꝙ ferio quartus modus ꝯstat ex vl'i negatiua ⁊c̄. vt supra in textu. Et ꝓbat̄ iste modus ꝑ regulā dici de nullo. q₂ lapis negat̄ de aīali distributo. ergo nihil est sumere sub aīali a quo nō remoueat̄ lapis. et q₂ hō sumit̄ sub aīali ideo lapis bene negat̄ in ꝯclone de hoīe. Et ꝓ intellectu hui⁹ ¶ Sciendū tercio ꝙ isti duo modi ꝑticulares sunt ꝑfecti. et q̄ntum ad necessitatē ꝯcludendi ⁊ q̄ntum ad euidentiā coꝝ. eo ꝙ immediate regulant̄ ꝑ dici de om̄i ⁊ ꝑ dici de nullo. Et q̄ntum ad talē ꝑfectiōem nō habent ꝑfici ꝑ alios modos. sed tn̄ q̄ntum ad q̄titatē modi vl'es sunt aliquo modo ꝑfectiores. et q̄ntum ad hoc isti modi possunt ꝑfici ꝑ reductiōem ip̄orum ad modos vl'es. qd̄ fit hoc mō. q₂ darij reducit̄ ꝑmo ad camestres in secūda figura capiendo ꝯtradictoriā sue ꝯclusionis cū maiore inferendo ꝯtradictoriā minoris de darij ꝓ ꝯclusione. Etiā ferio reducit̄ ad cesare vel camestres. ⁊ quia illi modi iterū reducūtur ad celarent ꝑ ꝯuersionē. ideo isti modi ꝑticulares possunt reduci vel ꝓbari ꝑ modos vniuersales. ⁊ nō reducūtur isti modi prime figure ad modos prime figure vt ꝑficiantur vel in ip̄sis stet eoꝝ reductio. sed vt mediantib⁹ ip̄sis reducant̄ ad modos vniuersales ꝑme figure. ¶ Sciendū quarto ꝙ in istis quatuor modis iam habitis ꝑme

figure ꝯcludūtur quatuoꝛ genera ꝓpōnum.scꝫ vl'is affirmatiua ⁊ vl'is nega
tiua.ꝑticularis affirmatiua ⁊ ꝑticularis negatiua.inter quas vl'is affirma-
tiua est difficillima ad ꝯcludendū.qꝛ in vno mō solū ꝯcludit scꝫ in barbara.
Deinde vl'is negatiua.que ꝯcludit in vno mō in p̄ma figura ⁊ hoc directe
Et in duobꝰ modis secūde figure Deinde ꝑticularis affirmatiua.qꝛ in vno
mō ꝯcludit in p̄ma figura directe.et in tribꝰ modis tercie figure Deinde ꝑti
cularis negatiua que est facillima ad ꝯcludendū.qꝛ potest concludi in vno
mō p̄me figure directe.et in duobꝰ modis secūde figure.⁊ in tribꝰ modis ter
cie figure. Sed econtra ꝑticularis negatiua est difficillima ad interimenduꝫ
qꝛ interimitur ꝑ eius ꝯtradictoriā.que est vl'is affirmatiua .que solū in vno
mō ꝯcludit vt dictū est.et vl'is affirmatiua est facillima ad destruenduꝫ .qꝛ
destruit per eius ꝯtradictoriā.scꝫ particularem negatiuā. Et ꝑ hoc habet oꝛ
dinatio quatuoꝛ modoꝝ p̄me figure ꝯcludentiū directe. Contra p̄dicta
arguit p̄mo sic.nō seq̄tur oīe risibile est aīal.tm̄ hō est risibilis.ergo tm̄ hō
est aīal.et tn̄ ibi arguit in darij .ḡ in ip̄o nō est formalis ꝯn̄a. Secūdo sic
hic bene arguit in darij.oīe indiuiduū alicuius sp̄ei est asinus. sortes est in-
diuiduū alicuius sp̄ei.ergo sortes est asinus. Maioꝛ ꝓbat.qꝛ oīe indiuidu
um asini est asinus.ḡ oīe indiuiduū alicuius sp̄ei est asinus. cuꝫ asinus sit
sp̄es.et tn̄ in p̄mo syllogismo nō est ꝯn̄a bona.ḡ ꝯtra terciū modū. Ter-
cio sic.nō seq̄tur.oīe currēs est asinus.aliq̇s hō p̄t esse currens.ḡ aliq̇s hō
p̄t esse asinus.⁊ tn̄ ibi arguit s̄m terciū modū Quarto sic.nō seq̄tur.nul
lum aīal est sp̄ēs.hō est aīal.ergo hō nō est sp̄ēs.⁊ tn̄ ibi arguit in ferio
Quinto sic.nō seq̄tur nullus denarius valet grossum.q̇daꝫ francus valet
denariū.ergo q̇dā francus nō valet grossum.et tn̄ ibi arguit in quarto mō
ergo in ipso nō est formalis ꝯn̄a Ad p̄mū dꝛ ꝙ ibi male ꝯcludit.eo ꝙ in
maioꝛi hec dictio tm̄ excludit respectu risibilis.negādo ip̄m ab omnibꝰ alijs
ab homine.et in ꝯclusione excludit respectu aīalis negando aīal ab omnibꝰ
alijs ab homine.et sic ibi arguitur a negatione inferioꝛis ad negatiōem su-
perioꝛis.et sic ꝯmittitur fallacia ꝯsequētis.sed debet cōcludi non ponendo
dictionem exclusiuā in ꝯclusione. Ad secūdum dꝛ ꝙ ibi bene arguit in da
rij.sed maioꝛ est falsa sicut ⁊ ꝯclusio.omne indiuiduū alicuius sp̄ei est asinꝰ.
Et ad eius ꝓbatōem dꝛ.ꝙ ibi arguit ab inferioꝛi ad superius cū distributi
one superioꝛis.qꝛ indiuiduū asini se habet vt inferius ad indiuiduū alicuiꝰ
sp̄ei.Ideo non sequit.omne indiuiduū asini est asinus.ergo omne indiuidu-
um alicuius sp̄ei est asinus Ad terciū dicitur.ꝙ ibi male arguitur.qꝛ sub-
iectū maioꝛis scꝫ currens nō est p̄dicatuꝫ minoꝛis.sed potens esse currēs
p̄dicatur in minoꝛi.ideo ibi nō sunt tres termini tm̄ sed quatuoꝛ.quod re
quiritur ad hoc ꝙ debite arguatur in aliquo mō.vt dictum est in notabili-
bus. Ad quartuꝫ dicit.ꝙ in isto argumento homo in minoꝛi tenetur pro
suis suppositis.et in conclusione pro natura cōmuni.et ideo variatur minoꝛ
extremitas et non sunt tres termini tm̄.nec etiam debite arguitur.imo est
fallacia accidentis.quia ibi equiualenter sunt quatuoꝛ termini. Ad quin
tum dicitur.ꝙ ibi non bene arguitur.quia non est idem subiectum maioꝛis
et p̄dicatum minoꝛis.quia denarius subijcitur in maioꝛi.et valens dena-
rium p̄dicatur in minoꝛi.et ideo p̄dicatum minoꝛis in plus se habet q̄
subiectum maioꝛis.ideo nō valet syllogismus.

Baralipton. quintus modus cõstat ex duabꝰ vlibꝰ affir-matiuis ꝑticularem affirmatiuã indirecte ꝯcludẽtibꝰ. vt omne aĩal est suba. oĩs hõ est aĩal. ergo quedã suba est hõ. Et reducit᷑ ad ꝑmũ modũ ꝑme figure ꝑ ꝯuersionẽ cõclusionis ꝑ accidens Celantes sextus modus constat ex vli negatiua maiore. ⁊ minore vli affirmatiua. vlẽ negatiuã indirecte cõcludentibꝰ. vt nullũ aĩal est lapis. oĩs hõ est aĩal. ergo nullus lapis est homo. Et reducitur ad secũdũ modũ ꝑme figure cõclusione ꝯuersa simpliciter Dabitis septimus modus cõstat ex maiore vli affirmatiua ⁊ minore ꝑticulari affirmatiua ꝑticularẽ affirmatiuã ꝯcludentibꝰ. vt omñe aĩal ẽ suba. q̄dam hõ ẽ aĩal. ergo q̄dã suba est hõ. Et reducit᷑ ad terciũ modum prime figure ꝯclusione cõu ersa simpliciter.

Postq̄ autor determinauit de modis ꝑme figure directe ꝯcludentibꝰ. ꝯsequẽter determinat de modis eius indirecte ꝯcludentibꝰ. ⁊ ꝑmo de baralipton dicens ꝙ iste modus ꝯstat ex duabꝰ vlibꝰ affirmatiuis particula-rem affirmatiuã ꝯcludentibꝰ indirecte. vt omñe aĩal est suba. oĩs hõ est aĩal ergo q̄dam suba est hõ. Et ꝓbat᷑ iste modus reducẽdo ipm ad barbara ꝑ ꝯuersionẽ ꝑmi modi ꝑ accidẽs. qꝛ q̄cquid seq̄tur ad ꝯsequẽs bone ꝯñe seq̄tur ad eius añs. sed ad ꝯclusionẽ de barbara que est vlis affirmatiua. seq̄-tur particularis affirmatiua ꝯuertens eius. igit᷑ hec particularis affirmati-ua ꝯclusio sequit᷑ indirecte ad ꝑmissas de barbara. et qꝛ hmõi premisse sunt etiam premisse in baralipton. ideo ex ipsis in baralipton debite infertur particularis affirmatiua indirecte. sed iste modus reducit᷑ ꝑ impossibile ad celarent capiẽdo ꝯtradictoriũ sue ꝯclusiõis ꝓ maiore in celarẽt. ⁊ maiorẽ ꝓ mi-nore inferendo ꝯuersam ꝯtrarie minoris de baralipton ad quã sequit᷑ cõtradictoria minoris ꝑ ꝯuersionem ꝑ accñs ¶ Sciendũ primo. ꝙ reducere vnũ modum ad aliũ est ostendere euidentiam ꝯsequẽtie vnius modi ꝑ aliũ modum euidentiorẽ ad quẽ reducit᷑. sed per hoc ꝙ ꝯclusio de barbara infert cõclusionem de baralipton per ꝯuersionẽ per accidens ostendit᷑ euidentia modi ꝯcludendi de baralipton ⁊ non ipsius barbara. ideo baralipton reduci-tur ad barbara ⁊ non econtra. Similiter vt dictũ est capiendo oppositum sue conclusionis cum maiori ad inferendũ oppositum minoris in celarent ostenditur sua nccitas ꝯcludẽdi ꝑ impossibile iuxta hãc regulã. Q̄ñcunq̄ ex opposito ꝯñtis alicuius ꝯñe infert᷑ oppositũ añtis est bona ꝯña. sed ex opposito ꝯclusiõis de baralipton cũ vna ꝑmissarũ infert᷑ oppositũ in celarent respectu alterius ꝑmisse ꝑ qḋ ostendit᷑ necessitas huius modi.

Sciendũ sc̄do.ꝙ celantes sextus modus cõstat ex maiori vniuersali ne
gatiua ⁊ minori vniuersali affirmatiua vl̄em negatiuã concludentibus in/
directe Et reducitur ad celarent per cõuersionẽ cõclusionis de celarent sim
pliciter.q̄a ad illam cõclusionẽ sequit̄ per ꝯuersionem simplicẽ vl̄is negati/
ua cõuertens eius.ergo illa vniuersalis negatiua seq̄tur ad ꝑmissas eiꝰ de
celarent.⁊ ille sunt premisse in celantes.ergo debite concludunt in celantes
vl̄em negatiuã indirecte.nõ aũt conuenienter ostendit̄ hm̄õi per conuersio
nem cõclusionis de celantes.Sed magis ostenderet̄ ꝙ ad ꝑmissas eius se
quitur cõclusio de celarent.sed per impossibile iste modus reducit̄ ad darij
capiendo ꝯtradictoriam sue conclusionis pro minori ⁊ minorẽ eius ꝓ ma/
iori inferendo ꝯuersam contradictorie maioris ad quã sequitur cõtradicto
ria maioris per conuersionem per accidens prioris syllogismi.vt faciliter ĩ
exemplo videri potest. Sciendũ tercio.Dabitis septimus modus con
stat ex vniuersali affirmatiua maiori ⁊ miori ptī.affir.particularẽ affirmati
uam ꝯcludentibus indirecte.vt omne aĩal est substãtia.quidã homo ẽ aĩal
ergo quedam substãtia est homo.Et ꝓbatur iste modus reducendo ipsuꝫ
ad darij per conuersionem simplicẽ ꝯclusionis de darij ad quã seq̄tur parti
cularis affirmatiua cõuertens eius.Et illa seq̄tur ad premissas de dabitis
que sunt premisse in darij.igit̄ per easdem premissas bene infert̄ in dabitis
particularis affirmatiua indirecte que est ꝯuertens ꝯclusionis de darij.sed
per impossibile reducit̄ iste modus ad celarent.vt capiendo oppositũ ꝯtra/
dictorioꝝ cõclusionis ꝓ maiori ⁊ maiorem eius pro minori.inferendo con/
uersam ꝯtradictorie minoris eius.quod faciliter in exemplo deduci potest
Sciendũ quarto.ꝙ licet sint tres modi indirecte cõcludentes.correspon
dentes tribus primis directe cõcludentibꝫ.Et componãtur ex eisdem pre
missis cum ipis.tamẽ nullus est modus corrñdens quarto scꝫ ferio.q̄ fiat
ex eisdem premissis cũ ipo.Cuiꝰ rõ haberi potest per hanc regulã Boetij.
Omis syllogismus inferens ꝯclusionem que potest cõuerti.potest inferre
indirecte cõuertentẽ eius.Et ecõtra syllogismus inferens cõclusionẽ que
non põt conuerti.non potest inferre indirecte cõclusionem aliquã.Sed cõ/
clusiones in tribus primis modis scꝫ barbara celarent ⁊ darij bene possunt
cõuerti.ideo illi tres modi bene possunt concludere indirecte.Sed conclu/
sio de ferio cũ sit particularis negatiua non potest cõuerti in terminis.Jō
premisse de ferio non inferunt aliquã conclusionẽ indirecte.Et sic non ẽ a/
liquis modus indirecte concludens conueniens in ꝑmissis cum ferio.

Contra predicta arguit̄ primo sic.Omnes modi ꝑme figure sunt perfe
cti.vñ imediate regulant̄ per dici de omni ⁊ per dici de nullo.ergo vnꝰ non
reducit̄ ad aliũ.⁊ per ꝯsequẽs baralipton nõ reducit̄ ad primũ modũ scꝫ ad
barbara Secũdo sic.non seq̄tur.omne album est accidens.oĩs homo est
albus.ergo quoddã accidens est homo.⁊ tamẽ ibi arguit̄ in baralipton

Tercio sic.Modus est ordinatio duaꝝ premissaꝝ in debita qualitate et
quantitate.sed in celarent ⁊ celãtes est eadem ordinatio in qualitate ⁊ quã
titate.Et sil̄r eadem est qualitas ꝯclusionis ⁊ quãtitas.ergo illi modi non
distinguũtur inter se. Quarto sic.nõ seq̄tur.nullũ currens est homo sup/
posito ꝙ nullus homo existat.oĩe aĩal est currens.ergo nullus homo ẽ aĩal
Et tamẽ ibi arguit̄ in celantes.ergo in ea nõ est bona ꝯña. Quinto sic.

non seqtur. oīe aīal est indiuiduū. aliqđ genus est animal. ergo aliquod in-
diuiduū est genus. ⁊ tamē ibi arguit in dabitis. ergo in eo nō ē ꝯña formal'

Ad pˀmū dr ꝙ lꝫ oēs modi pˀme figure sint perfecti q̄tū ad dispositio-
nem medij. nō tamen q̄tum ad modū cōcludendi. q̄a modi indirecte con-
cludentes nō hñt euidentē modū cōcludendi. sed fiunt euidentes ꝑ reduc-
tionem ad alios modos. Ad scđm dr ꝙ album in maiore illius syllogis-
mi accipit̄ ſm se ⁊ ea rōne qua differt a suo subiecto. Et in minori accipit̄ ꝑ
respectū ad suū subiectū inq̄tum est forma accidentalis eius. Ideo accipit̄
mediū sub diuersis respectibus eius. vt diuersa sibi accidūt. Ideo mediuꝫ
variatur in p̄missis. Et cōmittit̄ fallacia accñtis. Ad terciū dicit̄ ꝙ licet
celantes nō distinguat̄ essentialiter a celarent q̄tum ad dispositōnem suaꝝ
p̄missaꝝ. tamē accidentaliter distinguitur ab ipo q̄tum ad modum cōclu-
dendi. Ad quartū dicit̄ ꝙ in illo sillogismo. homo in p̄dicato maioris te-
netur ꝑ hoibus existentibꝫ tm̄. ⁊ in cōclusione tenet̄ tam pro existentibus q̄
non existentibꝫ. q̄a in conclusione nō sumit̄ cum p̄dicato accidentali contra-
hente ipsum ad supposita existentia sicut in maiori. Ad quintū dicitur. ꝙ
in illo sillogismo animal in subiecto maioris accipit̄ pro suis suppositis ⁊ in
predicato minoris pro natura simplici ſm se. ideo ibi variatur mediuꝫ in
premissis. ⁊ sūt quattuor termini. ergo ꝯña nō valet.

Fapesmo. octauus modus cōstat ex maiore vniuersali af-
firmatiua ⁊ minore vniuersali negatiua particularem nega-
tiuam indirecte concludentibus. vt omne animal est substan-
tia. nullus lapis est animal. ergo quedam substantia non ē la-
pis. Et reducitur ad quartū modum prime figure. maiore cō-
uersa per accidens. ⁊ minore simpliciter ⁊ per transpositōne
premissarum. Frisesmorū nonus modus constat ex maio-
ri particulari affirmatiua. ⁊ minore vniuersali negatiua. par-
ticularem negatiuā indirecte cōcludentibus. vt quoddā aīal
est substantia. nullus lapis est aīal. ergo quedam substantia
nō est lapis. Et reducit̄ iste modus ad quartū modū prime fi-
gure maiore ⁊ minore cōuersis simpliciter ⁊ per trāspositōne
premissarū. Vn̄ oēs cōuersiones per quas alij modi reducū-
tur ad quattuor primos modos prime figure sciuntur per
hos versus. Simpliciter verti vult. s. p. vero per acci. M
vult transponi. c. per impossibile duci.

Postq̄ȝ autor determiauit de modis p̊me figure indirecte cōcludentibꝫ habentibꝫ ꝯuenientiā in p̄missis cū modis directe cōcludentibꝫ. Cōsequenter determiat de modis indirecte cōcludentibꝫ.scȝ fapesmo ꝛ frisesmoꝝ. Et q̊a fapesmo est modus vl̕is.alter vero particularis.ideo prius determinat de ip̄o dicens. Fapesmo octauus modus cōstat ex vl̕i affirmatiua maiore et vl̕i negatiua minore.particularē negatiuā cōcludentibꝫ indirecte. Et reducit̄ ad ferio maiore cōuersa ꝑ accidens.ꝛ minore simpl̕r facta transpositione p̄missaꝝ. Et ꝓbatur eius ꝯn̄a ꝑ istam regulam.quicq̇d seq̇tur ad cōseques alicuiꝰ bone ꝯsequentie sequit̄ ad an̄s eius.sed ad premissas de fapesmo facta conuersione ꝛ transpositōne premissaꝝ sequunt̄ p̄misse de ferio.ꝛ ad illas p̄missas seq̇tur particularis negatiua. ergo illa seq̇tur ad p̄missas de fapesmo.ꝛ sic in eo ē bona ꝯn̄a Sciendū p̊mo.ꝙ fapesmo reducit̄ ꝑ impossibile ad barbara capiendo ꝯtradictoriū sue cōclusionis ꝓ maiore.ꝛ maiorem ꝓ minore inferendo cōuersam cōtrarie minoris.vt sic arguendo in fapesmo.oīs homo est aīal.nullus lapis est homo.ergo quoddā aīal nō est lapis. Et arguit̄ sic i barbara.oīne aīal ē lapis.oīs homo est aīal.ergo oīs homo est lapis ad quā seq̇tur ꝑ ꝯuersionē ꝑ accn̄s. quidā lapis est homo q̄ est contradictoria minoris.ꝛ potest etiam reduci ad celarent capiendo contradictoriū conclusionis ꝓ minori ꝛ minorē pro maiori inferendo ꝯuersam contrarie opposite maioris sic arguendo in fapesmo.omnis homo est aīal nullus lapis est homo.ergo quoddā aīal nō est lapis.ꝛ sic in celarēt.nullꝰ lapis est hō.oīne aīal est lapis.ḡ nullū aīal est hō ad quā seq̇tur ꝑ cōuersionem ꝑ accidens.quidā homo nō est aīal. Sciendū secūdo.ꝙ nonus modus prime figure scȝ frisesmoꝝ constat ex particulari affirmatiua maiori.et vniuersali negatiua minori.particularem negatiuā concludentibus indirecte. Et reducit̄ ille modus ad ferio maiori ꝛ minori conuersis simpliciter et per transpositōnē premissaꝝ.ꝛ per hoc patet ꝙ in eo sit bona consequētia quia ad premissas eius per conuersionem cum transpositōne p̄missaruȝ sequunt̄ premisse de ferio ad quas seq̇tur particularis negatiua.ergo eadem seq̇tur ad premissas de frisesmoꝝ.vt arguendo sic.quidam homo est anīal nullus lapis est homo.ergo quoddam animal nō est lapis conuertendo p̄missas ꝛ transponendo premissas.ꝛ arguit̄ sic in ferio.nullus homo est lapis.quoddā animal est homo.ergo quoddam animal nō est lapis Sciēdum tercio.ꝙ ille vltimus modus potest reduci per impossibile ad celarēt capiendo oppositum contradictoriū conclusionis ꝓ minori ꝛ minorem pro maiori inferendo conuersam contradictorie maioris.vt arguendo sic.quidam homo est animal.nullus lapis est homo.ergo quoddam animal non est lapis.ꝛ arguit̄ sic in celarent.nullus lapis est homo.omne animal est lapis.ergo nullū animal est homo. ad quā iterū sequitur per conuersionē simplicē nullus homo est aīal.que ē cōtradictoria maioris. Etiā p̄t reduci ad darij.capiēdo ꝯtradictoriā ꝯclusionis ꝓ maiori.ꝛ maiorē ꝓ minori inferendo oppositū ꝯtradictoriū ꝯuerse minoris.vtȝ sic arguēdo i darij.oē aīal est lapis.q̇dā homo est aīal.ḡ q̇dā homo ē lapis.ad quā seq̇tur.q̇dā lapis est hō.q̄ ꝯtradicit minori de frisesmoꝝ.s.huic.nullus lapis ē hō Sciēdū q̄rto.ꝙ fapesmo ꝛ frisesmoꝝ valēt in oī figura ad ꝯcludendū ꝑticularē negatiuā indirecte.ꝛ q̊a reperiunt̄ in oībus figuris.iō Aresto.determiat de ipis

Tractatus quartus

postq̄ docuit formatōnem syllogismoꝝ in tribus figuris. ꝛ reperiunť in pⁱma figura cum medium subijciatur in maiori ꝛ pdicatur in alia. ꝛ sunt in secunda figura cū mediū pdicatur in vtraq̄. ꝛ cum subijciť in vtraq̄ sunt in tercia. ꝛ q̄a prius reperiuntur in pⁱma figura q̄ in alijs. ideo pe. hy. cōuenienter ipos enumerat inter modos pⁱme figure non tñ negat quin in alijs repe riantur. Cōtra predicta arguiť pⁱmo sic. cōclusio debet esse silis alicui premissaꝝ sed ɔclusio particularis negatiua nō est silis alicui pmissarū de fapesmo cū ambe sint vniuersales. ergo male diciť ꝙ ibi cōcludiť particularis negatiua. Secūdo sic premisse de fapesmo habent maiorē cōuenientiam cum premissis de celarent q̄ cū premissis de ferio. ergo magis fapesmo reducitur p cōuersionem ad celarent q̄ ad ferio Tercio sic. in frisesmorum et in fapesmo est combinatio inutilis. quia ibi sunt termini in quibus omni et in quibus nulli. ergo male poniť vnus modus. Quarto sic. in omni syllogismo debet fieri subsumptio. sed in frisesmoꝝ nulla fit subsumptio. quia maior est particularis sub qua nihil potest subsumi. igiť non est bonus syllogismus. Quinto isti duo modi differūt solū in quātitate maioris. ꝛ non in cōclusione nec in modo cōcludendi. cū ergo quantitas se tenet ex pte materie nō variat speciem. ꝛ sic isti modi non sunt modi distincti. Ad pⁱmū diciť ꝙ licet in omni sillogismo conclusio debet esse similis in qualitate alicui pmissarū. non tamē in quātitate vt est darapti. ꝛ silitudo pprie nō attendiť ex parte quantitatis. sed magis qualitatis. ſ; equalitas vel inequalitas sumiť ex pte q̄titatꝭ. Ad scđ͞z dr̄. ꝙ licet fapesmo ꝛ celarent plus cōueniāt in qualitate ꝛ quantitate pmissaꝝ q̄ fapesmo ꝛ ferio. tñ pmisse de celarent non possunt sequi ad pmissas de fapesmo per cōuersionē. eo ꝙ maior que ē vniuersalis affirmatiua nō pt cōuerti simpliciter in vlem. sed solū per accidens in particularē. ideo ad illas pmissas bñ sequunť premisse de ferio.

Ad tercīū diciť ꝙ licet cōcludendo directe in frisesmoꝝ ꝛ fapesmo dareť termini in quibꝫ omni ꝛ in quibꝫ nulli. nō tamen cōcludendo indirecte. et isti modi solum valent ad concludendū indirecte. Ad quartū diciť ꝙ lʒ in frisesmoꝝ nō fiat actualiter subsumptio. tñ virtualiter inq̄tum premisse eius includunť in premissis de ferio que sequunť ad ipas in quibꝫ fit directa subsumptio Ad quintū diciť ꝙ licet quantitas nō variat speciem ppositōnis. tamē variat bene speciem syllogismi vel modū eius. q̄a variata quantitate est alia ordinatio premissaruʒ in debita qualitate ꝛ quantitate et ideo isti modi distinguuntur ab inuicem specie.

Sequitur de secunda figura cuius tales dantur regule. In secunda figura maiore existente particulari nihil sequitur. Item in secūda figura ex puris affirmatiuis nihil sequitur. In secunda figura semper concludiť negatiue.

Secunda figura quattuor habet modos.

Postq̄ autor determīauit de pⁱma figura ꝛ de modis eius. Hic ɔsequēter determinat de secūda figura ꝛ de modis eius. Et est secūda figura talis

quādo mediū p̄dicat̄ in vtraq̄ p̄missaꝝ. ꝛ in tali dispōne mediū est primus
terminus. qꝛ ponit̄ supra ambas extremitates cū p̄dicetur de vtraq̄. et ma
ioꝛ secūdus terminus ꝛc. mediū positōe. qꝛ ponit̄ sub medio cuꝫ subijciat̄ in
maioꝛi ꝛ ponit̄ supra minoꝛē extremitatē. qꝛ p̄dicat̄ in cōclusione. sed minoꝛ
extremitas est vltimus terminus. qꝛ subijcit̄ medio in minoꝛi ꝓpōne ꝛ maio
ri extremitati in ꝯclōne. Ex hoc pꝫ ꝙ mediū secūde figure nō est ita pfectuꝫ
sicut mediū p̄me figure. qꝛ est mediū ꝯiūctōe tm̄ ꝛ nō positōne. ꝛ est pfectiꝰ
q̄ꝫ mediū tercie figure qđ subijcit̄ in vtraq̄ ꝓpōne. et ideo p̄ma figura valet
ad ꝯcludendū vl'iter vel pticulariter. affirmatiue ꝛ negatiue.. Et scđa va/
let ad ꝯcludendū vl'iter ꝛ pticulariter ꝛ negatiue. Tercia valet ad ꝯcluden
dum pticulariter affirmatiue ꝛ negatiue. ¶ Sciēdū p̄mo. ꝙ ꝓpter syll'mos
huius figure tres ponūtur regule. quaꝝ p̄ma est. ꝙ maioꝛi existenti particu/
lari nihil seq̄tur. Cuius rō est. qꝛ in secūda figura semper cōcludit̄ negatiue
vt infra dicet̄. ergo si maioꝛ esset pticularis argueret̄ a nō distributo ex pte
maioꝛis extremitatis que nō distribuit̄ in maioꝛi ꝓpōne cū esset subiectū ꝓ
positionis pticularis, ꝛ tm̄ distribueret̄ in ꝯclusione. qꝛ esset subiectū ꝓpōnis
negatiue. ꝛ sic ex parte maioꝛis extremitatis argueret̄ a nō distributo ad di
stributū. et inde posset ꝓuenire ꝙ aña esset verū ꝯsequēte existēte falso. Item
in tali dispōne sunt repibiles termini in quib; omi ꝛ in quib; nulli. Termi/
ni in quib; omi sunt hi tres. aīal. hō. risibile. sic arguendo. quoddā aīal non
est hō. om̄e risibile est hō. cum istis p̄missis stat hec vl'is affirmatiua vera. cē
risibile est aīal. Sed termini in quib; nulli sunt hi tres. aīal. hō. lapis. ꝛ argu
itur vt p̄us. ergo talis dispō p̄missaꝝ est inutilis. ¶ Sciendū secūdo. ꝙ se/
cūda regula est hec. ꝙ in secūda figura ex puris affirmatiuis nihil seq̄tur. cu
ius rō est. qꝛ ꝓpter vnionē extremitatū in aliquo supioꝛi in quo p̄nt vniri ꝓ
diuersis ptib; eius nō seq̄tur vnio extremitatū inter se. vt ꝓpter vnionē ho/
minis ꝛ equi in aīali nō seq̄tur vnio illoꝝ inter se. qꝛ possunt in aīali vniri ꝓ
diuersis partib; eius, Sed arguendo ex puris affirmatiuis in secūda figu/
ra denotat̄ vnio extremitatū in suo supioꝛi tm̄. ideo ex tali vnione ꝛ ex talib;
p̄missis nō seq̄tur aliqua ꝯclusio. Item ibi sunt dabiles termini in q̄b; om̄i
vt aīal. hō. risibile. et termini in quib; nulli. vt aīal. hō. equus. ergo talis dis/
positio nō valet ad inferendū aliquā ꝯclusionē. ¶ Sciendū tercio ꝙ in secū
da figura semp ꝯcludit̄ negatiue. Cuius rō est. qꝛ semp vna p̄missaꝝ in se/
cūda figura dꝫ esse negatiua ꝛ nō ambe affirmatiue. cū ex duab; affirmati/
uis in secūda figura nihil seq̄tur. vt iam dictū est. Modo si aliq̄ p̄missaꝝ sit
negatiua opoꝛteret ꝯclonem esse negatiuā. sicut pꝫ ex vna regula generali
p̄us posita Ideo in secūda figura semp ꝯcludit̄ negatiue. pt tm̄ in ipa ꝯclu/
di vl'iter ꝛ pticulariter. ideo q̄uis in tercia figura ꝯcludat̄ affirmatiue vl' ne
gatiue. qꝛ in tercia figura solū ꝯcludit̄ particulariter. ꝛ difficilius est conclu
dere vniuersalem negatiuā q̄ꝫ particularem affirmatiuam. vt p̄us dictū est
Ideo ꝓpter hoc non sequitur ꝙ tercia figura sit perfectioꝛ q̄ꝫ ista. licet in ista
solum concludatur negatiue. ¶ Sciendū quarto. ꝙ tm̄ quatuoꝛ ponuntur
modi secūde figure. quod potest ꝓbari per sufficientiam sic. qꝛ omnis modꝰ
secunde figure est oꝛdinatio duarum p̄missarum in quib; idem mediū p̄di/
catur in vtraq̄. vel igitur ambe p̄misse sunt vniuersales vel ambe particu/
lares. vel maioꝛ particularis ꝛ minoꝛ vniuersalis vel econtra. Si ambe sit

vniuersales iterum quadrupliciter diuidūtur. vel ambe sunt negatiue. et sic nihil sequitur propter vnam regulam generalem huius figure. vel ambe sunt affirmatiue. z sic iterū nihil sequit̃ ꝓpter vnam regulam superius dictaȝ. vel maior est negatiua z minor affirmatiua. z sic est cesare. vel econtra. z sic est camestres. Si ambe sint particulares. hoc est quadruplicit̃. z quocūq̧ modo disponant̃ per affirmatiuā z negatiuā semꝑ nihil sequit̃. Si vero maior sit particularis z minor vniuersalis hoc potest esse quadruplicit̃. z semꝑ nihil sequit̃ ꝓpter regulam supra positam. sed si maior sit vniuersalis z minor particularis hoc est quadruplr̃. vel ambe sunt affirmatiue. z sic nihil sequit̃ ꝓpter secūdam regulam. vel ambe sunt negatiue. z sic iteruȝ nihil sequit̃. vel maior est negatiua z minor affirmatiua. z sic est tercius modus. scilȝ festino vel econtra. sic est quartus modus. scȝ b[..]roco. et nō possunt pluribꝫ modis adinuicem ꝯbinari due premisse in hac secunda figura. igitur non possunt esse plures modi q̃ quatuor iam dicti quos ponit Arestoteles primo priorū. Et sic patent regule huius secūde figure z numerus modorum eius in generali. ¶ Contra predicta arguitur primo sic. medium quod predicatur de vtroq̧ extremorum perfectius est illo medio quod subijcitur vni z ꝑdicatur de alio. quia predicatum perfectius est subiecto. ergo illa figura in q̄ medium semꝑ predicatur debet poni prima. z sic secūda figura debet precedere ꝑmam. Secūdo sic. frisesmorū valet in qualibet figura. vt ꝑus dcm̄ est. z tamen in ipso maior est particularis. ergo in secūda figura maiori existenti particulari aliquid sequitur quod est contra primam regulam. Tercio sic. quecūq̧ vni tercio sunt eadem illa inter se sunt eadem z inter se conueniunt. sed arguendo ex puris affirmatiuis in secūda figura denotant̃ extrema esse eadem vni tercio. scȝ medio. ergo per hoc sequitur q̧ extrema in syllogismo sunt eadem z inter se conueniūt. z sic ex puris affirmatiuis aliquid sequitur. quod est contra secūdam regulam. Quarto sic. bene sequitur aliquod animal est sortes. aliquis homo est sortes. ergo quidam homo est animal. et tamen ibi arguit̃ affirmatiue. et per consequens ꝯtra terciam regulam huius secūde figure. Quinto sic. in cesare z camestres sūt eedem premisse. scȝ vl'is affirmatiua z vniuersalis negatiua sȝ modi distinguūtur ex parte premissarum. ergo illi modi non sunt distincti. z sic nō sunt quatuor modi secūde figure. Ad primū dicitur q̧ licet medium quod ꝑdicatur vtrobiq̧ sit ꝑfectius s̃m se medio quod in vno subijcitur z in alio predicatur. tamen non est perfectius in ratione medij. modo figure ordinantur s̃m perfectionem medij. ideo mediuȝ prime figure est perfectius medio secūde figure. Ad secundum dicitur. q̧ licet in frisesmorum in secunda figura maiori particulari aliquid sequatur indirecte. non tamen aliquid seq̄tur directe. et sic intelligitur prima regula huius secūde figure. Ad tercium dicitur. q̧ quecūq̧ sunt eadem vni tercio singulari z in actu illa inter se sunt eadem. sed illa que sunt eadem in aliquo superiori z in potentia illa nō sunt eadem inter se. quia vniūtur in illo pro diuersis partibꝫ. sed arguendo ex puris affirmatiuis in secūda figura denotantur aliqua solum esse eadem in vno suꝑiori in quo conueniūt in potentia z non in actu. ideo non oportet q̧ illa sint eadem inter se. Ad quartum dicitur. q̧ licet ibi aliquid sequatur gratia materie. eo q̧ medium est singulare singulariter tentum. tamen

non sequitur aliquid formaliter et per syllogismum perfectum. ibi enim est syllogismus expositorius qui bene valet in secunda figura affirmatiue Ad quartum dicitur. quod licet in cesare et camestres premisse sunt eedem materialiter. tamen non sunt eodem modo disposite. et modi distinguuntur ex parte ordinationis et dispositionis formaliter suarum premissarum. ideo isti modi ab inuicem specie distinguuntur

Cesare primus modus constat ex maiore vli negatiua et minore vniuersali affirmatiua. vlem negatiuam directe concludentibus. vt nullus lapis est aial. omis homo est aial. ergo nullus ho est lapis. Et reducitur iste modus ad secundum modum prime figure maiore conuersa simplr. Camestres secundus modus costat ex maiore vli affirmatiua. et minore vli negatiua vlem negatiuam directe concludentibus. vt omis ho est aial. nullus lapis est aial. ergo nullus lapis est homo. Et reducitur iste modus ad secundu modu prime figure minore et conclusione conuersis simplr et per transpositoem pmissarum. Festino tercius modus constat ex vli negatiua maiori. et minore pticulari affirmatiua. particularem negatiuam directe concludentibus. vt nullus lapis est aial. quida homo est aial. ergo quida ho non est lapis et reducitur iste modus ad quartu modu prime figure maiore conuersa simplr. Baroco quartus modus costat ex maiore vniuersali affirmatiua. et minori particulari negatiua. pticularem negatiua directe concludentibus. vt omis ho est aial. quidam lapis no est animal. ergo quida lapis no est homo Et reducitur ad primu modum prime figure per impossibile. Reducere autem per impossibile est ex opposito conclusionis cum altera premissarum inferre oppositum alterius premisse. Sumatur enim oppositum conclusionis. scz omis lapis est ho cum maiore huius quarti. scz cu ista. omis ho est animal. sic arguendo. ois ho est aial. ois lapis est ho. ergo ois lapis est aial

Tractatus quartus.

Postq̄ au. supius ostendit que est secūda figura ⁊ que sunt regule ei⁹
et enumerauit suos modos in cōi. Hic ꝯsequenter in spēali determinat de
ipsis. ⁊ pꝰus de vlib᷒ q̄ꝫ particularib᷒ modis. ⁊ inter vles modos autor pri-
mo determinat de cesare dicēs. Cesare pmus modus cōstat ex maiori vli
negatiua ⁊ minori vli affirmatiua. vlem negatiuā ꝯcludentib᷒ directe. ⁊ re-
ducit̄ ad celarent maiore de cesare ꝯuersa simplr̄. p quā reductōem sic pbat̄
ꝯsequentia eius. q2 ad p̄missas eius sequūtur p̄misse de celarent. ⁊ ad p̄mis-
sas de celarent sequit̄ ꝯclusio vlis negatiua. ergo ista eadē ꝯclo seq̄tur ad p̄-
missas de cesare. q2 quicq̄d sequit̄ ad ꝯsequēs bone ꝯsequētie seq̄tur ad ei⁹
antecedēs. Sed p impossibile reducit̄ cesare ad celarent capiendo ꝯtrariuꝫ
ꝯclusionis cū maiore inferendo ꝯtrarium minoris. Vel reducit̄ ad ferio ca-
piendo ꝯtradictoriū cōclusionis cū maiori inferendo ꝯtradictoriū minoris
¶ Sciendū primo. q̄ camestres secūdus modus ꝯstat ex maiori vli affir-
matiua. ⁊ minori vli negatiua. vlem negatiuā ꝯcludētib᷒ directe. Et reduci-
tur p ꝯuersionē ad celarent minori ⁊ ꝯclusione cōuersis simplr̄ ⁊ p transpo-
sitionē p̄missarū. Et eodē mō pbat̄ cōsequētia eius sicut ꝯn̄a pmi modi. vt
capiendo ꝯtrariū ꝯclonis cū maiori p̄t inferre ꝯtrariā sue minoris in barba-
ra. ad quā seq̄tur ꝯtradictoria minoris arguēdo in camestres. oīs homo ē
aīal. nullus lapis est aīal. ergo nullus lapis est hō. ⁊ sic arguitur in barbara.
oīs hō est aīal. omīs lapis est hō. ergo oīs lapis est aīal. que est cōtraria mi-
noris. ad quā sequit̄. quidā lapis est aīal. sed reducit̄ ad darij capiendo con-
tradictoriū cōclusiōis cū minori in camestres ad inferēdū cōtradictoriū sue
minoris. sed reducit̄ ad barbara capiendo cōtrariū minoris ⁊c̄. ¶ Sciēdū
secūdo. q̄ tercius mod⁹. scꝫ festino constat ex maiori vli negatiua. ⁊ minore
particulari affirmatiua pti ⁊c̄. ⁊ reducit̄ ad ferio maiori cōuersa simplr̄. Vn̄
reducendo modos scđe figure ad pmā p conuersionē oportet semp illā pre-
missam ꝯuerti. que p̄t fieri maior in prima figura. ⁊ non sequit̄ de minori. q2
in secūda figura semp mediū p̄dicat̄. ideo ad hoc q̄ subijciat̄ in maiori in pri-
ma figura optꝫ illā premissam cōuerti ⁊ minor dꝫ manere vt mediū predi-
cetur in minori. sed p impossibile reducit̄ ad celarent capiendo oppositū cō-
tradictoriū cōclusionis cū maiore eius inferendo ꝯtradictoriū minoris in ce-
larent ¶ Sciendū tercio. q̄ quartus modus scꝫ baroco ꝯstat ex maiori vli
affirmatiua ⁊ minori pticulari negatiua. pticularē negatiuā ꝯcludentib᷒ di-
recte. ⁊ non reducitur iste modus ad aliquem modum prime figure p con-
uersionē. q2 vel hoc esset p ꝯuersionē maioris que soluꝫ ꝯuertit̄ p accidens
in particulari. ⁊ sic amb̄e p̄misse essent particulares ex quib᷒ nihil sequit̄. vel
ꝯuertēdo minorē ⁊ ꝯclusionē. sed hoc nō. q2 vtraqꝫ esset particularis nega-
tiua que nō cōuertit̄ in terminis. sed solū p ꝯtrapositōem que non valet ad
reductōem syllmoꝝ. q2 in ea non manēt idē termini. ideo baroco non p̄t re-
duci vel probari p cōuersionē. sed p impossibile reducit̄ ad barbara sumēdo
ꝯtradictoriū sue ꝯclusionis p minori cū maiori inferēdo ꝯtradictoriū mino-
ris. ¶ Sciendū quarto. q̄ reducere vnū sylm̄ ad aliū p impossibile est ex op-
posito cōclusionis cū vna p̄missarū inferre oppositū alterius p̄misse. p quaꝫ
reductōem ostēdit̄ bonitas syllogismi pꝰus facti. p hoc scꝫ q̄ ex opposito cō-
sequētis infert̄ oppositū antecedētis. ⁊ reducendo modos secūde figure ad
pmā optet accipe oppositū conclusionis cum maiori premissa. eo q̄ idē sub-

ꝥcitur in maiori ⁊ predicaꝛ in cõclusione. ⁊ etiam in opposito conclusionis
in secunda figura. quia opposita sunt eiusdẽ subiecti ⁊ ꝑ̃dicati. ⁊ id qđ subij-
citur in maiori ⁊ ꝑ̃dicatur in opposito cõclusionis est maioꝛ extremitas q̃
fit mediũ prime figure. ⁊ per hoc habetur dispositio ꝓ̇me figure. qua habi-
ta opoꝛtet videre qualis ⁊ quanta fuerit maioꝛ premissa. ⁊ oppositũ conclu-
sionis ad ostendendũ ad quem modũ prime figure fiat reductio. ⁊ si velis
scire reductionem modoꝝ tercie figure ad ꝓ̇mã per impossibile. opoꝛtet ca-
pere oppositum cõclusionis cũ minoꝛe. q̇a idem subijciꝛ in vtraqꝫ scꝫ in op-
posito cõclusionis. ⁊ in minoꝛe secũde figure. sicut in exemplo. ⁊ minoꝛ debꝫ
poni loco maioꝛis. eo ꝙ in ip̃a ꝑ̃dicatur maioꝛ extremitas scꝫ id qđ erat me-
dium in scđa figura ⁊ debet inferri oppositũ maioꝛis. vñ᷒ Seruat maioꝛeꝫ
variatqꝫ scđa minoꝛẽ. Tercia maioꝛẽ variat retinendo minoꝛẽ. Et habita
tali dispositõne figure ad sciendũ ad quẽ modũ fiat reductio opoꝛtet scire
quõ disponanꝛ in qualitate ⁊ quantitate minoꝛ ⁊ oppositũ cõclusionis. et ꝑ
hec possunt reduci oĩes modi secũde figure ad modos tercie figure. si q̇s
concedat modos tercie figure ante modos secũde figure. ⁊ ex illis oĩbus pa-
tet ꝙ sunt quattuoꝛ modi secũde figure. ⁊ etiam patet reductio ad modos
prime figure tam per cõuersionẽ qꝫ ꝑ impossibile. Contra ꝑ̃dicta arguiꝛ
ꝓ̇mo sic. Non seq̇tur nullũ dextrũ ẽ sinistrũ. cuiuslibet hoĩs oculus est sini-
ster. ergo nullius hoĩs oculus est dexter. antecedens potest esse veruꝫ cõ-
sequente existente falso ⁊ tamẽ ibi arguiꝛ in cesare. ergo in ip̃o non est conse-
quentia formalis. Scđo sic. Nõ seq̇tur omne moꝛtuũ vel coꝛruptũ ẽ nõ
ens. sed nullus homo est non ens. ergo nullus homo est moꝛtuus vel coꝛru-
ptus. ⁊ tamẽ ibi arguiꝛ in camestres. Tercio sic. Mediũ nõ distribuiꝛ
in camestres in maioꝛe. quia est ꝑ̃dicatũ ꝓpositõnis affirmatiue vniuersa-
lis ⁊ tamen distribuitur in minoꝛi. ergo ibi arguiꝛ a non distributo in distri-
butũ ⁊c̃. Quarto sic. Nullũ animal dum doꝛmit vigilat. sed quidaꝫ ho-
mo vigilat. ergo quidã homo nõ est aĩal. ⁊ tamẽ ibi arguiꝛ in festino. Qui-
to sic. Non seq̇tur in baroco. oĩs homo currit. adam non currit. ergo adã nõ
est homo. ergo in eo non est bona cõsequẽtia. Ad primũ diciꝛ. ꝙ in illo syl-
logismo oculus nõ distribuiꝛ in minoꝛi. ⁊ tamẽ distribuiꝛ in cõclusione ꝑ illã
regulã. ꝙ distributio affirmatiua in obliquo nunqꝫ distribuit terminũ in re-
cto sequentẽ ip̃am. sed distributio negatiua in obliquo bene distribuit rectũ
sequentẽ. ideo dicendo. nullius hoĩs oculus est dexter. ibi oculus distri-
buiꝛ. ⁊ sic arguiꝛ a nõ distributo ad distributũ. ⁊ nõ bene concludiꝛ. sed debꝫ
sic cõcludi. ergo cuiuslibet hoĩs oculus nõ est dexter. quia ibi oculus nõ di-
stribuiꝛ. Ad secũdũ diciꝛ. ꝙ ibi arguiꝛ a minus amplo ad magis amplũ
cum distributõne magis ampli ex parte hoĩs in minoꝛe. quia solũ stat ꝓ p̃-
sentibus ⁊ p̃teritis. ad quos restringiꝛ ꝑ participiũ p̃teriti tp̃is. Ad ter-
ciũ diciꝛ. ꝙ ibi nõ arguitur ad medium ip̃m sepando de aliquo vel aliq̇d ab
ipso. quia ponitur in cõclusione. sed solũ arguiꝛ ad extremitates. ⁊ sic nõ ar-
guitur a non distributo ad distributũ. Ad quartũ diciꝛ. ꝙ illa nullũ aĩal
dum doꝛmit vigilat. qꝛ p̃t esse hypothetica ⁊ vera. ⁊ tunc ex ip̃a nõ p̃ot fie-
ri bonus syllogismus cathegoꝛicus. vel p̃ot esse cathegoꝛica ⁊ hoc duplici-
ter quia vel illa determinatio dum fertur ad subiectũ. ⁊ tunc bene arguitur
quia sicut conclusio est falsa ita ⁊ maioꝛ. ⁊ est sensus. ꝙ de quocũqꝫ verũ est

dicere ꝙ est animal dum dormit. verum est dicere ꝙ non vigilat vel potest ferri ad predicatum. ⁊ tunc maior est vera ⁊ male subsumitur minor. sꝫ debet subsumi. quidam homo vigilat dum dormit. quia illa determinatio dū dormit ponebatur ad medium in maiori premissa. ⁊ sic minor est falsa sicut conclusio. Ad quintū dicitur. ꝙ homo in maiori solum distribuit̃ ꝓ existentibus ratōne illius verbi currit. ⁊ in conclusione distribuitur tam pro existentibus q̃3 non existentibꝫ. ideo ⁊c. Et hec dicta de scđa figura sufficiūt ad ꝓpositum nostrum.

Sequitur de tercia figura cuius tales dantur regule.

In tercia figura minore existente negatiua nihil sequitur. In tercia figura conclusio debet esse particularis.

Tercia figura sex habet modos.

Postq̃ autor determīauit de secunda figura ⁊ p̄ma ꝓpter causam dictā. Hic ꝯsequēter determinat de tercia figura sillogistica. ipam p̄mo sic diffiniens. Tercia figura est dispositio triū terminoꝝ in qua mediū subijcitur in vtraqꝫ. Et in tali dispositōne mediū est vltimus terminus ⁊ infimus fm veram positōnem terminoꝝ. quia subiectū est posterius p̄dicato. ⁊ minor extremitas est medius terminus positōne. quia ē supra p̄dicatū. cū de ipso predicet̃ in minori. ⁊ sub maiori cū in conclusione subijciatur. ⁊ maior extremitas est primus terminus positōne. quia ponitur supra minorem. q̃a de ipsa p̄dicatur in conclusione ⁊ supra medium cum predicetur de ipo in maiori. Sciendū primo. ꝙ pro modis tercie figure due ponūtur regule. Prima minore existente negatiua in tercia figura nihil sequitur. Cuius rō est. quia si minor sit negatiua oportet conclusionē esse negatiuā. ⁊ maiorem esse affirmatiuā. quia ex puris negatiuis nihil seq̄tur. ergo maior extremitas non distribueret̃ in maiore cum esset predicatū ꝓpositionis affirmatiue et tamē distribueret̃ in ꝯclusione cum esset predicatū ꝓpositōnis negatiue. ergo ibi argueret̃ a non distributo ad distributum. quare antecedens posset esse verum cōsequente existente falso. Item ibi essent reperibiles termini in quibus omni. vt isti tres termini. animal. homo equus. sic arguendo. Oīs homo est animal. nullus homo est equus. cum quibꝫ stat ista in veritate. omnis equus est animal. Et termini in quibꝫ nulli arguendo sic. Oīs homo ē animal. nullus homo est lapis. cum quibꝫ stat ista in veritate de nullo nullus lapis est animal. ergo in tercia figura nihil sequit̃. Et hec ē ꝓbatio generalis ad ostendendū omnes cōbinatōnes inutiles nihil concludere. Sciendū scđo. ꝙ termini in quibꝫ oī sunt tres termini ex quibꝫ in aliqua cōbinatione fiunt due p̄misse vere fm dispositōem talis cōbinatōnis. cum quibꝫ scꝫ premissis stat vniuersalis affirmatiua in veritate composita ex extremitatibus illaꝝ premissaꝝ. sed termini in quibus nulli sunt tres termini ex q̃bus in aliqua cōbinatōne disponūtur due premisse vere fm dispositōnem talis cōbinatōnis cū quibꝫ stat in veritate vna vniuersalis negatiua constituta ex extremitatibꝫ illaꝝ p̄missaꝝ. sicut patet in exemplificatōe iam facta Et ad inueniendū faciliter tales termīos ad quālibet cōbinatōnem inuti

lem improbandā tres ponūtur regule. Prima est. q sumendi sunt duo termini dispati cū suo superiori. vt scʒ due spēs cū genere suo. vt hō asin⁹ aīal Scđa est. q sumēdi sunt termini verificabiles de seinuicē siue cōuertibiliter siue nō. cū extraneo ad vtrunq. vt hō risibile ꝛ lapis. vel homo aīal lapis. Tercia q capiendi sunt duo termini verificabiles de seinuicē siue cōuertibiliter siue non cum supiori termino ad vtrūq. vt hō risibile anial. vel homo aīal suba. Et p has tres regulas faciliter reperiūtur termini in qbus oī et in quibus nulli ad quālibet cōbinatōnem inutilē Sciendū tercio. q cōbinatio in qua reperiūtur termini in quib⁹ oī ꝛ in quib⁹ nulli nō infert formaliter aliquā cōclusionē. qđ sic pbaꝛ. qa si dicaꝛ q in tali cōbinatōne sequatur aliqua ꝯclusio formaliter. vt puta vlis affirmatiua in terminis in quibus omni. Arguiꝛ pbando q non. qꝛ qcqđ seqtur formaliter i aliqua dispōe sp seqꝛ i tali dispōe si seqtur in tali cōbinatōne vlis affirmatiua conclusio per aduersariū. tunc illa sequitur in oibus alijs terminis in tali dispositōne. ḡ illa seqtur acceptis terminis in quibus nulli. ꝛ vltra in tali dispositōne si antecedēs est verū ꝯñs erit verū. quia ex vero non seqtur nisi verum in bona ꝯña. ḡ in terminis iu quib⁹ nulli ꝯclusio vlis affirmatiua stabit in veritate cum duabus premissis. ꝛ etiam vniuersalis negatiua facta ex eisdem premissis ex suppositōne terminoꝝ in quibus nulli. sed ille due sunt contrarie ergo due cōtrarie stabunt simul in veritate. ꝛ p ꝯñs due ꝯtradictorie qđ ē impossibile. Et sic aliquis duceꝛ ad concedendū duo cōtradictoria qui dicunt illā cōbinatōem esse vtilē in qua reperiūtur termini in quibus omni ꝛ in quibus nulli. Sciendū quarto. q in tercia figura semper ꝯclusio ē particularis. Cui⁹ rō est. qa si ibi concluderet vniuersaliter ibi argueret a nō distributo ad distributū ex parte maioris extremitatis que non distribuitur in maiore cum illa semper sit affirmatiua. ꝛ maior extremitas in ea pdiceꝛ ꝛ tamē distribueret in cōclusione cū esset subiectū ꝓpositōnis vniuersalis. Itē superiora vniuntur in inferiori tm̄ particulariter ꝛ non vniuersaliter. sʒ medium tercie figure est inferius ad ambas extremitates. ergo extremitates solum vnīūtur particulariter in ipsa. ergo in tali vnione nō potest concludi vniuersaliter. sed tm̄ particulariter. Contra predicta arguiꝛ primo sic. Frustra fit per plura quod potest fieri per pauciora. sed quelibet conclusio potest sufficienter concludi per primā ꝛ secundā figuras. ergo tercia superfluit. Secundo sic. Medium syllogismi est vnitiuū extremitatū eius. sed illud qđ subijciꝛ vtriq extremitati nō ē vnitiuū respectu pmissaꝝ. quia hʒ rōnem materie. ꝛ materia nō e vnitiua sʒ forma. imo vniꝛ per formā. ergo medium tercie figure non semper subijcitur in vtraq premissarum.

Tercio sic. pmisse inferentes aliquā cōclusionem transposite adhuc inferunt eam. ḡ pmisse de felapton trāsposite possunt inferre pticularē negatiuā. ꝛ sic cū maior sit vlis negatiua p transpositōnem efficiꝛ minor. ḡ miore exñte negatiua aliqđ seqtur in tercia figura Quarto sic. bene seqtur oē risibile currit. oē risibile ē hō. ḡ ois hō currit. ḡ bn̄ cōcluditꝛ vl'r in tercia figura. aīs probaꝛ. qa ex opposito ꝯñtis cū vna premissarum sequitur oppositum alterius premisse. Quinto sic. in omni mō syllogismi simpliciter dicti potest inferri cōclusio vlis affirmatiua ꝛ vlis negatiua. ḡ in oī sillō possūt dari termini in quib⁹ oī ꝛ in quibus nulli. ꝛ tū ibi est combinatio inutilis

ergo non omnes combinatõnes in quibus reperiũtur termini in quibus oĩ ⁊ in q̃bus nulli sunt inutiles. Ad primũ dicit᷑ q̈ licet q̃libet conclusio i specie potest concludi in p̃ma figura ⁊ in secũda. non tamẽ oĩbus modis q̃libet cõclusio p̃t concludi. Ideo q̈uis iste sufficienter possunt concludi q̈tũ ad numerũ cõclusionũ. nõ tamẽ q̈tũ ad numerũ modoꝝ concludendi.

Ad sc̃dm dicit᷑ q̈ licet medium inq̈tum subiicitur extremitatib⁹ habeat modũ materie. tamẽ inq̈tum vnit ⁊ cõtinet ip̃as actualiter sicut superius continet sua inferiora habet modum totius ⁊ rõnem forme respectu ipoꝝ et hoc modo bene ẽ vnitiuũ extremoꝝ que sunt superiora ipius. sed particulariter tm̃. Ad terciũ dicit᷑ q̈ licet premisse de felapton transposite inferãt particularẽ conclusionem negatiuã indirecte. non tamẽ directe. ⁊ hoc mõ intelligit᷑ in illa maiori. q̈ omnes premisse inferentes aliquã conclusionem directe transposite inferunt eandem indirecte. Ad quartũ dicit᷑ q̈ licet ibi sequatur conclusio vniuersalis gratia materie nõ tamen gratia forme quia non seq̈tur in omnib⁹ terminis cõsimili forma arguendi retenta. Ad q̈ntum dicit᷑ q̈ licet in omni modo ex terminis syllogismi prius facti vniuersalis affirmatiua ⁊ vniuersalis negatiua possunt inferri tamen ille non stabunt in veritate cum premissis compositis ex eisdem terminis. Et hoc requiritur ad terminos in quibus omni ⁊ in quibus nulli.

Darapti primus modus cõstat ex vniuersali affirmatiua maiori. et vniuersali affirmatiua minori particularem affirmatiuam concludentibus directe. vt omnis homo est substãtia. omnis homo est aĩal. ergo quoddã aĩal est substãtia. Et reducit᷑ ad terciũ modũ prime figure minore cõuersa p accñs

Felapton secundus modus cõstat ex vniuersali negatiua maiore. ⁊ vniuersali affirmatiua minore. particularẽ negatiuam concludentibus directe. vt nullus hõ ẽ lapis. oĩs hõ est aĩal. ergo quoddã animal non est lapis. Et reducit᷑ ad quartum modum prime figure minore cõuersa per accidens.

Postq̈ autor oñdit que sit tercia figura ⁊ posuit duas regulas ei⁹. Hic p̃nter determĩat de modis ipius ⁊ anteq̈ in speciali de ip̃is determĩet enumerat eos in generali dicẽs. Tercia figura septẽ habet modos scʒ darapti. felapton ⁊c̃. patet hoc p sufficientiã. q̈ oĩs modus tercie figure est ordinatio duaꝝ p̃missaꝝ in debita qualitate ⁊ in quãtitate in quib⁹ mediũ semper subiicitur. vel ergo ambe premisse sunt vl̃es vel ambe particulares. vel maior vniuersalis ⁊ minor particularis. vel maior vniuersalis ⁊ minor particularis. Si ambe sint vl̃es hoc ẽ dupliciter. q̈ vel ambe sũt affirmatiue. ⁊ sic est darapti. vel ambe sunt negatiue ⁊ sic nihil seq̈tur vel maior affirmati-

uā ⁊ minor negatiua ⁊ sic nihil seq̄tur. vel maior est negatiua ⁊ minor affir-
matiua. ⁊ sic est felapton. Si ambe sunt particulares hoc est quadrupliciter
et quocunq̄ʒ modo disponant̄ semꝑ nihil seq̄tur ꝓpter vnā regulam prius
positā. Si maior est vl'is ⁊ minor particularis hoc est quadrupliciter. vel
ambe sunt affirmatiue. ⁊ sic est datisi. vel ambe sūt negatiue ⁊ sic nihil seq̄r.
vel maior est negatiua ⁊ minor affirmatiua. ⁊ sic est ferison. Si aūt maior sit
particularis ⁊ minor vl'is hoc est quadrupl'r. vel ambe sunt affirmatiue. ⁊
sic est disamis. vel ambe negatiue ⁊ sic nihil seq̄tur. vel maior negatiua ⁊ mi-
nor affirmatiua. ⁊ sic est bocardo. vel maior affirmatiua ⁊ minor negatiua
et sic nihil seq̄tur. ⁊ sic patet q̄ in tercia figura sunt sedecim cōbinatōnes q̄
rum tm̄ sex sunt vtiles ⁊ decem inutiles. Sciendū primo q̄ darapti pri-
mus modus tercie figure constat ⁊c̄. vt supra. Et p̄t ille modus tripliciter
ꝓbari scʒ per cōuersionē. per impossibile. ⁊ per sillogismū expositoriū. vnde ꝑ
cōuersionē reducit̄ ad darij minori cōuersa ꝑ accidens. q̄a ad p̄missas eius
sequūtur p̄misse de darij. ⁊ ad illas p̄missas seq̄tur cōclusio eius. ergo eadeʒ
sequit̄ ad p̄missas de darapti. Et per impossibile reducit̄ ad celarent capiē-
do oppositū cōtradictoriū cōclusionis ꝓ maiori. Et minor est loco maio-
ris inferendo cōtrariū maioris ex ꝯn̄ti ꝯtradictoriū ⁊ pōt reduci ad cesare
capiendo oppositū cōtradictoriū sue cōclusionis ꝓ maiori ⁊ maiorē ꝓ mino-
ri inferendo cōtrariū minoris. Et reducendo modos tercie figure ad mōs
prime figure ꝑ impossibile ꝓcedendū est ab opposito contradictorio cōclu-
sionis ꝓ maiore. ⁊ minorē loco minoris prime figure. ⁊ nunq̄ʒ ꝓcedendo a
contrario. q̄a tercia figura semꝑ cōcludit particulariter. modo particularis
nō habet cōtrariū. g̊ ⁊c̄. Sed ꝑ sillogismū expositoriū ꝓbat̄. q̄a si ille p̄misse
sint vere. omis homo est aīal. oīs hō est risibilis. tūc de aliquo singulari ho-
mine verificabit̄ aīal ⁊ risibile signet̄. g̊ illud singl'are. ⁊ sit sor. ⁊ tūc argua-
tur sic expositorie. sortes est aīal. sortes est risibilis. g̊ aliqd̄ risibile est anial
Iste due p̄misse singulares sequūtur ad p̄missas de darapti ⁊ ad premissas
istas singulares seq̄tur parti. affir. cōclusio. ergo eadē cōclusio sequit̄ ad p̄-
missas de darapti. q̄a quicq̄d seq̄tur ad ꝯn̄s bone ꝯn̄tie seq̄tur ad eiꝰ an̄s

Sciendū est scd̄o q̄ syllogismus expositorius est cuiꝰ mediū est singula-
re singulariter tentū. ⁊ de isto nō determiat autor eo q̄ manifestus ē ad sen-
sum. ⁊ valet talis syllogismus expositorius affirmatiue in qualibet figura
sed negatiue in secūda nō valet. q̄a vel maior esset negatiua vel minor. ⁊ sic
vtroq̄ʒ mō cōclusio esset negatiua. ⁊ sic cū minor esset ꝑticularis argueret̄ a
nō distributo ad distributū ex ꝑte maioris que nō distribueret̄ in maiori ꝓ-
positōne ⁊ tn̄ distribueret̄ in cōclusione dicēdo. quoddā aīal nō est sortes.
quidā homo est sortes. ergo quidā hō non est aīal. sed negatiue. valet in p̄-
ma figura posita maiore negatiua ⁊ minori affirmatiua. vt posset videri ꝑ
exempla. sed nō valet ecōtra minori negatiua. q̄a tunc argueret̄ a nō distri-
buto ad distributū ex parte maioris Sciendū tercio q̄ felapton secūdus
modus tercie figure constat ex maiore vl'i negatiua ⁊ minori vl'i affirmati-
ua particularē negatiuā cōcludentibꝫ directe. ⁊ reducit̄ ad ferio minori con-
uersa per accidens. ⁊ per hoc patet ꝯn̄a eius. sicut ꝓbata est de p̄mo modo
Et per impossibile reducit̄ ad barbara capiendo cōtradictoriū sue cōclusio-
nis cum minori posita loco maioris inferēdo cōtrariā sue maioris ⁊ ꝑ ꝯn̄s

ↄtradictoriam. Potest etiã reduci ad camestres in secũda figura capiẽdo ↄtradictoriũ sue ↄclusionis ꝑ maiori. ⁊ maiorẽ ꝑ minori inferendo ↄtrariũ minoris. ⁊ ꝑ ↄñs ↄtradictoriũ. Potest etiã sic ꝓbari ꝑ syllogismũ expositoriũ capiendo vnũ singulare sub medio eiꝰ de quo negaꝛ maior extremitas et minor affirmatur. Et inde inferatur particularis negatiua conclusio sicut factum est in darapti de particulari affirmatiua. Sciendum quarto ꝙ ad reducendũ modos tercie figure ad modos prime figure ꝑ cõuersionem oportet illam premissam cõuerti que fit minor in prima figura. Cuiꝰ ratio est. quia in tercia figura mediũ semper subijciꝛ. ergo ad hoc ꝙ mediũ subijciatur in maiore prime figure non oportet maiorem cõuerti. sed ad hoc ꝙ medium p̄dicetur in minori in prima figura oportet minorẽ conuerti. nõ tamẽ est intelligendũ ꝙ semper illa premissa que est minor in secũda figura cõuertatur. quia in disamis nõ conuertiꝛ minor sed maior. Ideo intelligendũ est de illa que fit minor in p̄ma figura. Contra p̄dicta arguiꝛ p̄mo sic. In secunda figura sunt tm̃ quattuor modi. sed tercia figura est imperfectior ꝙ̃ illa. ergo nõ habet plures modos ꝙ̃ secũda. ergo male ponũtur sex modi eiꝰ. ¶ Secũdo sic. Non seq̄tur in darapti. oĩs homo est albus. oĩs homo inꝗ̃tum homo est risibilis. ergo aliq̃d inꝗ̃tum risibile est album. ⁊ tamen arguiꝛ in darapti. ¶ Tercio sic. Modi perfectiores nõ reducũtur ad modos imperfectiores. sed modi vniuersales sunt perfectiores ꝙ̃ particulares. ꝰ darapti est perfectior ꝙ̃ darij. ⁊ per ↄsequẽs nõ reducitur ad ip̄m. Quarto sic. Non seq̄tur nullus homo est genus. oĩs homo est aĩal. ꝰ aĩal non est genus. Et tamẽ arguiꝛ in felapton. ꝰ in eo nõ est ↄña formalis. Quinto sic. Darapti ⁊ disamis reducũtur ad darij terciũ modũ prime figure. ⁊ felapton ad quartũ scꝫ ferio. ergo illi modi debent p̄cedere felapton. Et per cõsequẽs male poniꝛ secũdus modus. Ad p̄mũ diciꝛ ꝙ licet tercia figura habeat plures modos ꝙ̃ secũda. non tamẽ ꝓpter hoc est perfectior ipsa. quia figura nõ nomĩatur ꝑfectior ꝓpter pluralitatem modoꝝ eius. sed eo ꝙ habet perfectiorẽ modũ cõcludendi. Unde q̃a tercia figura habet imperfectiorem modũ concludendi. ideo potest pluribꝰ modis cõcludere ꝙ̃ secũda quia pluribꝰ modis potest fieri imperfectũ ꝙ̃ perfectum. Ad scd̄m diciꝛ ꝙ ibi male ↄcludiꝛ. q̃a illa reduplicatio nõ dꝫ poni in ↄclusiõe sic ꝙ feraꝛ sup̄ p̄dicatũ vl' copulã ↄclusionis. q꞉ in p̄missis nõ ferebaꝛ ad maiorẽ extremitatẽ. sꝫ dꝫ solũ poni cũ implicatõne ad subiectũ ↄclusionis. vt dicẽdo. ergo aliqđ risibile inꝗ̃tũ homo ẽ albũ. Ad terciũ diciꝛ ꝙ lꝫ modi vl'es sint ꝑfectõres ꝙ̃ modi p̄ticulares in eadẽ figura directe cõcludentes nõ tñ in diuersis figuris. ⁊ ideo darapti nõ est ꝑfectior ꝙ̃ darij rõne figure. Ad quartũ diciꝛ ꝙ aĩal nõ teneꝛ eodẽ mõ in minore ⁊ in conclusione. q̃a in minori teneꝛ ꝓ natura cõi accepta cõcretiue ꝑ respectũ ad supposita. In cõclusione ꝟo teneꝛ ꝓ natura ꝑm se cũ p̄cisione suppositoꝝ cũ ibi sibi attribuiꝛ hec intentio genꝰ. Ad quintũ diciꝛ ꝙ negando ↄñaꝫ. quia isti modi nõ ordinanꝛ ꝑm ordinem modoꝝ prime figure ad quos reducuntur sed ordinanꝛ inter se ꝑm vl'e p̄ticulare affirmatiuũ ⁊ negatiuũ sicut darapti ⁊ felapton. q꞉ sunt modi vl'es. Ideo p̄cedunt quattuor sequentes qui sunt particulares.

Disamis tercius modus constat ex particulari affirmatiua maiori z vniuersali affirmatiua minore particularem affirmatiuā directe concludentibus. vt quidā homo est substātia. omnis homo est animal. ergo quoddā animal est substātia. Et reducitur ad terciū modum prime figure maiore z minore conuersis simpliciter z per transpositōnem premissarū

Datisi q̄rtus mod⁹ cōstat ex vl'i affirmatiua maiori z particulari affirmatiua minore ꝑticularē affirmatiuā directe concludētibus. vt omnis homo est substātia. quidā hō est aiāl. ergo quoddā animal est substātia. Et reducitur iste modus ad terciū modū prime figure minore conuersa simpliciter. Bocardo quintus modus constat ex maiore particulari negatiua et minori vniuersali affirmatiua. particularem negatiuā directe concludentibus. vt quidā homo non est lapis. om̄is homo est animal. ergo quoddam animal non est lapis. Et reducitur ad primū modum prime figure per impossibile. Sumatur enim oppositum contradictorium conclusionis cum altera premissarum. z inferatur oppositum alterius premisse vt omne animal est lapis. omnis homo est animal. ergo oīs homo est lapis. Hec conclusio facta per impossibile in primo modo prime figure cōtradicit maiori conuertenti. sc3 tercie figure Ferison sextus modus cōstat ex maiori vniuersali negatiua z miori ꝑticulari affirmatiua ꝑticularē negatiuam directe concludentibus. vt nullus homo est lapis. quidam homo est animal. ergo quoddā aīal nō est lapis. Et reducit̄ ad quartū modū prime figure miore cōuersa simpl'r

Postq̄3 autor determiauit de modis vl'ib⁹ tercie figure. Hic ꝯn̄r determiat de modis ꝑticularib⁹. Et ꝑmo de affirmatiuis. sc'do de negatiuis et inter affirmatiuos ꝑmo determinat de disamis. dicens q̄ꝺ constat ex zc. vt supra. Et reducit̄ ad darij per conuersionem maioris z cōclusionis simpl'r et ꝑ trāspositōem ꝑmissaꝝ. Et ꝑ hoc ꝓbat̄ bonitas ꝯn̄e. Sc'do ꝓbat̄ ꝑ syllogismū expositorium. q2 ex illis ꝑmissis. quidā hō ē suba. oīs hō ē aīal que sunt ꝑmisse de disamis. seq̄t̄ q᷑ de aliq̄ singulari hoīe verificabit̄ suba z aīal et tūc signet̄ illud singulare z sit sortes. Et arguat̄ sic sortes ē suba. sortes ē aīal. igit̄ quoddā aīal ē suba ꝑmisse hui⁹ syllogismi expositorij sequūt̄ ad ꝑmissas de disamis. Et ad istas ꝑmissas seq̄t̄ ꝑticularis affirmatiua. g̃ eadem seq̄tur ad ꝑmissas de disamis. Tercio pōt ꝓbari ꝑ impossibile z reducitur ad celarent capiendo oppositū cōtradictorium conclusionis ꝓ maiore cū minore inferēdo ꝯtradictorium maioris. z in sc'da figura reducit̄ ad festi/

no capiendo oppositū cōtradictoriū cōclusionis de disamis ꝓ maiore. ⁊ ma
iorem ꝓ minore inferendo cōtradictoriū sue minoris Sciendū primo. ꝙ
ad reducendū modos tercie figure ad modos prime figure per impossibile
oportet cape oppositū cōclusionis ꝓ maiore retinendo minorē ⁊ inferendo
oppositū minoris. Cuiꝰ rō est q̄a idē subiicit̄ in conclusione syllogismi ter/
cie figure ⁊ in opposito cōclusionis ⁊ p̄dicat̄ in minore scȝ minor extremitas
Ideo capiendo oppositū cōclusionis cū minore habet̄ dispositio p̄me figu/
re. Item reducere ꝑ impossibile in tercia figura est ex opposito cōclusionis
cū minore inferre oppositū maioris. Et acceptis illis ꝓpositōnibꝫ ad vidē
dum ad quē modū fit reductio oportet videre quō oppositū cōclusionis ⁊
minor ordinant̄ in debita qualitate ⁊ quātitate. ⁊ ad reducendū modos ter
cie figure ad modos secūde figure oportet cape oppositū cōclusionis cum
maiore posita ꝓ minore inferendo oppositum minoris. Cuiꝰ rō est. quia
idem p̄dicat̄ in opposito cōclusionis ⁊ in maiori in tercia figura. Ideo acce
ptis illis ꝓpositōnibꝫ habet̄ dispositio secunde figure. in qua idem p̄dicat̄ in
vtraqȝ. vn̄ maior debet poni loco minoris. q̄a ad directe concludendū in se
cunda figura oportet ꝙ idem subiiciat̄ in cōclusione ⁊ in minori ꝓpositione
scȝ minor extremitas. sed in tercia figura idem subiicit̄ in maiori ⁊ opposito
minoris qđ debet inferri ꝓ cōclusione in secūda figura ⁊ ad sciēdū ad quē
modū fit reductio potest cognosci. ut prius dictū est. Sciendū secūdo. ꝙ
datisi quartus modus tercie figure constat ex vl̄i affirmatiua maiori ⁊ par
ticulari affirmatiua minori. particularē affirmatiuā cōcludentibꝫ. ⁊ ꝓbatur
tripliciter scȝ ꝑ cōuersionē ꝑ impossibile ⁊ ꝑ expositōnem. vn̄ ꝑ cōuersionem
ꝓbat̄ reducendo ip̄m ad darii minori de datisi cōuersa simpl'r. Sed ꝑ ex/
positōnem pōt ꝓbari eodē mō vt p̄cedens capiendo vnū singulare mediū
de quo ambe extremitates verificant̄ Sed ꝑ impossibile pōt ꝓbari reducē/
do ip̄m ad ferio. capiendo oppositū cōclusionis ꝓ maiori ⁊ cū minori inferre
cōtradictorium maioris. Et in secūda figura reducit̄ ad cesare. capiēdo cō
tradictorium cōclusionis ꝓ maiori ⁊ maiorē ꝓ minori inferendo contradic/
toriū minoris Sciendū tercio. ꝙ bocardo quintus modus cōstat ex ma
iore particulari negatiua ⁊ minori vl̄i affirmatiua particularē negatiuā con
cludentibꝫ directe. ⁊ nō ꝓbat̄ ꝑ cōuersionē reducēdo ip̄m ad aliquē moduȝ
prime figure ꝓpter rōnem prius dictā de baroco. Sed pōt ꝑ syllogismū ex
positoriū negatiuū sic ꝓbari capiendo vnū singulare ꝓ medio de quo nege
tur maior extremitas ⁊ verificet̄ minor. In q̄ quid ē dispositōne sequit̄ con
clusio ꝑticularis negatiua ⁊ ip̄m ꝓbando ꝑ impossibile reducit̄ ad barba/
ra capiendo ꝯtradictoriū sue cōclusionis cū minori inferendo cōtradictoriū
maioris. Et in secūda figura reducit̄ ad baroco. capiendo ꝯtradictoriū sue
cōclusionis ꝓ maiori inferendo ꝯtradictoriū sue minoris. Sciēdū quarto
ꝙ ferison sextus modus cōstat ex maiori vl̄i negatiua ⁊ minori particulari
affirmatiua. particularē negatiuā conclūdentibꝫ. ⁊ ꝑ conuersionem reducit̄
ad ferio minori cōuersa simpliciter. Et pōt etiā ꝓbari ꝑ sillogismū exposito
riū sicut modi precedentes. sed ꝑ impossibile reducit̄ ad darii capiendo con/
tradictoriū sue cōclusionis ꝓ maiore cū minori inferendo cōtradictoriū ma
ioris. Et in secūda figura reducit̄ ad camestres capiendo oppositū cōtradi
ctoriū sue cōclusionis ꝓ maiore ⁊ maiorē ꝓ minore inferendo ꝯtradictoriū

minoris. Et p hoc patēt formatōnes syllogismi tertie figure. ¶ Cōtra p̄dicta arguit p̄mo sic. Nō sequit alicui hoī inest sanitas omi hoī inest albedo. ergo quedā albedo est sanitas. ⁊ tñ arguit in disamis. Scd̄o sic. Nō sequit a quodā hoīe videt equus. ab omi hoīe videt lapis. ḡ a quodā lapide videt equus. ⁊ tamē arguit in disamis ⁊c. Tertio sic. Nō seq̇tur in datisi. oīs hō est natus. quidā hō est nascendꝰ. ergo q̇dā nascendꝰ est natus. Quarto sic. Nō seq̇tur, sortes nō est minor sorte. s; totus sortes est minor sorte. ergo aliq̇d minus sorte nō est minus sorte. ⁊ tñ arguit in bocardo. Quinto sic Nō seq̇tur. nullus hō est ꝓpriū. q̇dā hō est risibilis. ergo quoddā risibile nō est ꝓpriū. ⁊ tñ arguit in ferison. ☞ Ad primum dicit q bñ arguit in disamis s; male ɔcludit. s; debet sic ɔcludi. alicui hoī inest sanitas omi hoī inest albedo. ḡ alicui cui inest albedo inest sanitas. Ad secundum dicitur q male ɔcludit s; debet sic ɔcludi. ḡ a q̊ videt lapis ab eodē videt equus Ad tertiū dr. q nō arguit in datisi. q2 ibi ē variatio mediȷ quātū ad sua supposita, p q̇bꝫ tenet. q2 hō in maiori tenet p p̄sentibꝫ ⁊ p̄teritis ad q̊s restringit p illud pticipiū p̄teriti tp̄is natꝰ in minore stat p p̄sentibꝫ ⁊ futuris ad q̊s āpliat p illd̄ p̄teritū nascendus

Ad quartū dr. q in isto syllogismo sortes supponit p ip̄o sorte in maiore. s; in minore supponit p ptibꝫ integralibꝫ p q̇bꝫ restringit p hoc signū totꝰ. Ideo mediū nō tenet equalr in minore ⁊ maiore. Ad q̇ntum dr q risibile in p̄dicato minoris tenet ɔcretiue ad subiectū. In ɔclusione ꝓo tenet abstractiue ⁊ s̄m se. eo q subijcit respectu huiꝰ itērōis scd̄e. s. ꝓpriū. iō ibi nō idē simplr ē p̄dicatū minoris ⁊ subiectū ɔclusionis nec bñ arguit in ferison. s; ad bñ ɔcludēdū debꝫ sic ɔcludi. ḡ aliq̇d qd̄ ē risibile nō ē ꝓpriū

Illogismorū concludentiū pticularē negatiuā tales dantur regule. Nullus syllogismus ɔcludēs pticularē negatiuā indirecte potest eam ɔcludere directe Et cōcludens directe nō potest cōcludere indirecte. Item prima figura ɔcludit oīa genera ꝓpositionū sc; vlem. pticularē. affirmatiuā ⁊ negatiuā. Secūda figura cōcludit pticularē negatiuā. ⁊ vniuersalem negatiuā. Tertia cōcludit pticularē affirmatiuā ⁊ negatiuā. ꝓꝰ Barbara celarent darij ferio baralipton. Celantes dabitis fapesmo frisesmorū. Cesare camestres festino baroco darapti. Felapton disamis datisi bocardo ferison. In his quattuor versibus p̄dictis ponūtur nouēdecim dictōnes nouēdecim modis deseruiētes. ita q p p̄mam dictōem intelligit p̄mus modus prime figure. ⁊ per scd̄am secundus modus ⁊c. Unde primi duo versus deseruiunt omnibus modis prime figure. Tertius vero versus preter vltimam dictōnē eius deseruit modis scd̄e figure. ita q p̄ma dictio deseruit primo modo.

et secunda secūdo modo. ꝛ sic de alijs. Ultima vero dictio tertij versus cum alijs dictōibus quarti versus deseruit modis tertie figure. Sciendum ꝙ per has vocales. scꝫ a. e. i. o. intelligūtur quattuoꝛ genera propositionuꝫ ita ꝙ per hanc vocalem a. intelligitur vniuersalis affirmatiua ꝛ per e vniuersalis negatiua. ꝛ per i ꝑticularis affirmatiua. ꝛ per o. ꝑticularis negatiua. Et in q̄libet dictōne sunt tres syllabe. ꝛ aliud residuum est sup̄fluum vt postea patebit. Et per p̄maꝫ illarum syllabarū intelligitur maioꝛ ꝓpositio ꝛ per scd̄am minoꝛ. ꝛ p̄ tertiam cōclusio. verbi gratia. Prima dictio scꝫ barbara habet tres syllabas. in qualibet barum ponitur a. Et per hoc significat ꝙ p̄mus modus prime figure ꝯstat ex duabus ꝓpositionibus vniuersalibꝰ affirmatiuis. vniuersaleꝫ affirmatiuā directe cōcludentibus. Et ita intelligit de alijs dictōnibus ſm vocales ibi positas. Et sciendū ꝙ quattuoꝛ dictōnes p̄mi versus incipiunt ab his consonantibus. b. c. d. ꝛ f. ꝛ omnes alie dictōnes sequētes Et hoc intelligendum est ꝙ oēs que incipiūt p̄ dictōnem inchoatā a b. debet reduci ad primum modum prime figure. ꝛ omnes que incipiunt p̄ dictōnem inchoatā a c. ad secūdū. ꝛ per d ad tertium et p̄ f. ad quartum. Item vbicunqꝫ ponitur s. in illa dictōne significat ꝙ ꝓpositio intellecta p̄ vocalem immediate precedentem debet conuerti simpliciter. ꝛ ꝓpositio intellecta per vocalē imediate p̄cedētē istā lr̄am. p. debꝫ ꝯuerti p̄ accn̄s. Et vbicūqꝫ ponit m. debet fieri transpositio in p̄missis. Est em̄ trāspositio in premissis facere de maiore minorem et econuerso. et vbicūqꝫ ponitur. c. ꝙ modus intellectus per istaꝫ dictōnem in qua ponitur debet reduci per impossibile. vnde versus. Simpliciter verti vult s. p vero p̄ acci. M vult trāsponi. c. per impossibile duci. Seruat maiorem variatqꝫ secunda minorem. Tertia maioꝛem variat. seruatqꝫ minoꝛem

Ed qꝛ Aresto. in prioribus ostendit. coniugatōnes in quibus nō sequitur conclusio ex premissis esse inutiles per inuentōem terminorū in quibus nō tenet huiusmodi ꝯiugatio. ideo vtilis est inuentio taliū terminorū vbicunqꝫ fiat inutilis coniugatio contra regulas syllogismo

rum prius assignatas. Accipiendi sunt igitur duo termini. scz due species cum suo genere. vt hõ asinus animal. vł duo termini quorum alter de altero p̄dicatur siue ꝯuertibilr̃ siue nõ. cum extraneo vtriusqꝫ. vt homo risibile lapis. vel homo animal lapis. vł accipiendi sunt duo termini. quorum alter de altero p̄dicetur siue cõuertibiliter siue nõ cum superiore ad vtrunqꝫ. vt homo risibile substãtia. vel homo animal substantia. Per hanc em̄ regulam disiunctiuam cuicũqꝫ generi applicetur siue substantie siue quãtitati siue alicui illorũ semper inueniũtur termini per quos inutilis coniugatio demõstrabitur nõ tenere. ꝛ tales terminos appellat Aresto. in prioribus terminos in quibus nõ est acceptis tribus terminis facere coniugatõnem in qua premisse sunt vere ꝛ conclusio falsa manente eadem qualitate ꝛ quãtitate ꝓpositionũ. Verbi gratia. hic est inutilis coniugatio. nullus asinꝰ est homo nullũ rõnale ē asinꝰ ꝰ nullũ rõnale ē hõ. Et isti sunt termini in q̄bꝫ omni. Contra hãc inutilē cõiugatõem accipiunť termini in quibus nulli per scd̃m mēbrum regule. vt homo risibile asinus. ꝛ arguitur sic. Nullus asinus est homo. nullũ risibile est asinus. ergo nulluz risibile est homo. Ecce p̄misse sunt vere. conclusio est falsa. seruata eadem qualitate et quantitate propositionum in vtraqꝫ coniugatõne. et vtrobiqꝫ manente eadem figura.

Postq̄ꝫ autor determinauit de omnibꝫ modis ꝛ figuris in speciali. hic ꝯñr ad maiorem intellectũ p̄cedentiũ ponit aliqua notabilia. Primo ponit talem regulam de modis ꝑticularibꝫ negatiuis dicens. ꝙ nullus syllogismus ꝯcludens ꝑticularem negatiuã directe potest eam ꝯcludere indirecte nec econuerso ꝯcludens eam indirecte potest eam ꝯcludere directe. Cuius ratio est. qꝛ ꝑticularis nõ potest ꝯuerti in terminis. Sꝫ solũ ꝑ ꝯtrapositõem in qua ꝯuersione nõ manent idem termini p̄me ꝓpositõnis formalr̃. modo oportet ꝙ in syllogismo idem termini maneant. Sed oẽs syllogismi directe ꝯcludentes aliquã affirmatiuã vel negatiuã vniuersalē etiam ꝑticularem affirmatiuã ꝑ ꝯuersionē sue ꝯclusionis possunt indirecte inferre ꝯuertentē sue ꝯclusionis sicut determinať in p̄ma potestate syllogismi. ¶ Sciendum p̄mo est. ꝙ sex sunt potestates syllogismi. que sunt naturales ꝓprietates ipsorum. Prima est posse plura ꝯcludere vt quãdo syllogismus infert vnã ꝯclusionē que p̄t ꝯuerti etiã p̄t inferre ꝯuertentē eius que seq̄tur ad p̄ncipalem ꝯclusionē suam Et si plures ꝓpositões sequanť ad illã ꝯclusionē vltra p̄ncipalē p̄t inferre plures ꝯclusiões Scd̃a

potestas est ex falsis posse concludere verum sed ex veris non nisi verum
exemplum primi. vt om̄is lapis est aīal. om̄is homo est lapis. ergo oīs hō
est aīal. Ex istis duabus p̄missis infert̄ syllogistice ista ꝯclusio vera. oīs
homo est animal. Tertia potestas est posse ꝯcludere circulariter aliquam
suaꝝ p̄missarum quod fit capiēdo ꝯclusionē vnius syllogismi cōuersam
cum altera p̄missaꝝ inferendo alterā p̄missam. Quarta potestas est posse
ꝯcludere ꝯuersiue capiendo oppositum ꝯclusionis vnius syllogismi facti
cum vna p̄missaꝝ inferendo oppositū alterius p̄misse. Quinta potestas
est posse ꝯcludere ꝑ impossibile capiendo ꝯtradictoriū ꝯclusionis. cū vna
p̄missaꝝ manifeste vera ad inferendū vnam manifeste falsam. Ex cuius
falsitate sequit̄ veritas ꝯclusionis negate a respondēte sicut negato isto a
respondente om̄is homo est animal. qꝛ ꝛ sic Quidā homo nō est aīal. Oīs
homo est substātia. ergo quidā homo nō est substātia. ꝯclusio est falsa. er
go aliqua p̄missaꝝ nō minor. ergo maior ergo illa. Omnis homo est aīal
fuit vera. qꝛ ꝯtradictorie nō possunt sil' esse false. Sexta potestas ē posse
ꝯcludere ex oppositis. vt quādo fit syllogismus ex ꝓpositōnibꝫ contrarijs
vel ꝯtradictorijs inferendo negatiōem eiusdem de seipo. ꝛ de istis habet̄
in libro prioꝝ. ¶ Sciendū scđo q̄ ꝓ cōparatōne figuraꝝ inter se p̄ma ꝯclu
dit oīa genera ꝓpositionū scȝ vniuersale. ꝑticulare. affirmatiuū negatiuū
sicut patȝ in quattuor modis p̄me figure directe ꝯcludentibꝫ. sed scđa fi-
gura solum ꝯcludit tria genera ꝓpositionū. scȝ ꝑticulare vniuersale ꝛ nega
ꝑtim ꝯueniunt ⁊ ꝑtim differūt cū terminis in questione posit ꝫ .hoc est qñ
ꝑtim ꝯueniunt ⁊ ꝑtim differūt cū terminis in questione positꝫ .hoc est qñ
termin⁹ inferēs ꝑtim ꝯuenit ⁊ ꝑtim differt a termino illato sicut est in ab
stracto ⁊ in ꝯcreto. Cōueniūt em̄ in re ſcata. ⁊ differūt in mō ſcādi. Et
ꝯueniūt in ṗncipio vocꝫ ⁊ differūt in fine sicut ē inter ꝯiugata ⁊ casus vt
si q̄rat̃ vtꝝ iusticia sit bona. ⁊ ꝓbat̃ sic. iustū ē bonū. g̊ iusticia ē bona ibi iu
stum ꝑtim ꝯuenit ⁊ ꝑtim differt a iusticia. Et dr̄ talis loc⁹ medi⁹. q2 ter
min⁹ inferēs medio mō se hꝫ ad terminū illatū quantū ad hoc qd̄ ē ꝯue-
nire ⁊ differre. Jō iste iste loc⁹ quantū ad ꝯueniētiā ⁊ dr̄ñam termini infe
rentꝫ cū termino illato dr̄ aliq̊ mō medi⁹ loc⁹. vel ꝑ ꝑticipatōem termini
intrinseci ⁊ extrinseci. ¶ Sciendū quarto. ꝙ p̄dicta diuisio loci in locū in
trinsecū extrinsecū ⁊ mediū. nō ē diuisio gn̄is. q2 loc⁹ nō dr̄ equal'r de istis
trib⁹. sꝫ ē diuisio analogi in sua analogata. q2 loc⁹ dr̄ de istis trib⁹ ſm ṗus
et posteri⁹. Prius em̄ dr̄ de intrinseco ⁊ postea de alijs. Et rō ē. q2 loc⁹ ē
habitudo termini inferētis ad terminū illatū. sꝫ in loco intrinseco vbi ē ha
bitudo positiua repitur ꝑfectior habitudo q̄̄ in loco extrinseco vbi reperit̃
habitudo ṗuatiua q̄ hꝫ cognosci ꝑ habitudinē positiuaꝫ sicut ṗuatio co-
gnoscit̃ ꝑ habitū. Et etiā locus medius ꝑticipat ratōem loci inquantum
hꝫ ꝯuenientiā cum loco intrinseco ⁊ extrinsece. ⁊ ea ꝑte qua ꝯuenit cū lo-
co intrinseco est ꝑfectior extrinseco. Et ꝑ hoc patet diuisiones ⁊ cōparatio
nes illoꝝ modoꝝ inter se ¶ Cōtra p̄dicta arguit̃ ṗmo sic. Loc⁹ maxima
multiplicat̃ sicut locus differētia maxime. sꝫ locus maxima nō diuidit̃ per
locū extrinsecū ⁊ mediū. g̊ male diuidit̃ locus dr̄ñtia maxime Secūdo
sic. locus differētia maxime hꝫ diuidi ſm differentias entis. eo ꝙ se tenet
ex ꝑte rei ſcate. sꝫ plures sunt differētie entis q̄̄ tres. s. idē ⁊ diuersuꝫ. act⁹
et potētia. accn̄s ⁊ substātia. g̊ nō sunt tm̄ tres loci dr̄ñtie maxime Ter
tio sic. loc⁹ dyaletic⁹ dr̄ ad siītudinē loci naturalis. sꝫ locus naturalis est
extrinsecus locato. g̊ oīs locus dialetic⁹ ē extrinsecus ⁊ nullus intrinsec⁹.
Quarto sic. oīs locus est habitudo mediās inter terminū illatū ⁊ infe
rentē. g̊ oīs locus est medius. Quinto sic arguendo. homo currit. ergo
aīal currit. terminus inferens. scꝫ hō ꝑtim ꝯuenit ⁊ ꝑtim differt cū termi-
no illato ⁊ tn̄ ibi nō est locus medius. sꝫ est locus a specie ad genus. g̊ lo
cus medius nō est qñ terminus inferēs ꝑtim ꝯuenit ⁊ ꝑtim differt a ter-
mino illato. ☞ Ad ṗmum dr̄. ꝙ licꝫ nō ponat̃ extrinsece diuisio loci ma
xime. tn̄ p̄t intelligi multiplicatio eius ꝑ diuisionē loci differētie maxime.
q2 variatis terminis q̇ sunt differētie maxime ſm diuersos locos etiā va-
riant̃ maxime q̄ formant̃ ſm habitudines illoꝝ terminoꝝ. iō in q̊libet lo-
co speciali fit vna maxima specialis Ad scōm dr̄. ꝙ lꝫ diuisio loci diffe
rētie maxime sumat̃ ſm aliquas differētias entis. s. ſm idē ⁊ diuersum nō
tn̄ sumit̃ ſm oēs differētias entꝫ. iō nō opꝫ ꝙ sint tot modi locoꝝ q̊t sunt
modi siue differētie entis. Ad tertiū dr̄ ꝙ lꝫ locus dyaletic⁹ habeat si
militudinē cū loco naturali. nō tn̄ quantū ad id qd̄ est esse extrinsecum. sꝫ
in hoc ꝙ est ꝯseruatiuus ⁊ generatiuus argumenti sicut locus naturalis
locati. Ad quartū dr̄ negando ꝯñam ⁊ rō est. q2 nō dicit̃ locus medi⁹
propter hoc ꝙ sit habitudo media inter duos terminos. sed indeo q2 ter-
minus inferens ꝑtim ꝯuenit ⁊ ꝑtim differt cuꝫ termino illato. Ad q̇n-

tum dr̄.ꝙ lȝ hõ ⁊ aĩal ꝑtim ꝯueniãt.ſ.in ꝓcato.⁊ ꝑtim differãt ſcȝ ſm̄ mo dũ ꝓcãdi tñ ibi hõ nõ infert aĩal in illo argumẽto inquãtum ẽ ꝯueniẽs et differẽs ſimul.ſed ſub ratõe ꝯueniẽtie tm̃.ideo ibi ẽ ſolũ loc⁹ intrinſec⁹

Item locus intrinſecus diuidit̃ per locum a ſubſtantia.⁊ per locum a cõcomitãtibus ſubſtantiã.Locus a ſubſtantia eſt.quãdo ſumitur argumẽtum ab his que ſunt de ſubſtãtia terminorũ in queſtione poſitorũ Et ille locus diuidit̃ ꝑ locũ a diffinitõne a deſcriptõne ⁊ a nominis interꝑtatõne.

Poſtq̃ꝫ autor ꝑmiſit diuiſionẽ loci ⁊ diffinitõ es mẽbroꝝ eius.Hic cõ ſequenter ſubdiuidit vnũ mẽbrũ ipius.ſ.locũ intrinſecũ dicens.Loc⁹ in- trinſecus diuidit̃.⁊c̃.vt ſupra.Cui⁹ diuiſionis rõ eſt.q2 in oĩ loco intrin- ſeco terminus inferẽs aliquo mõ idẽ ẽ in ſubſtãtia cũ termino illato.vl’ g̃ dr̄ totã ſubſtantiã termini illati ꝯuertibiliter.vel dr̄ aliqd̃ cõcomitãs il- lam ſubſtãtiã ⁊ nõ dr̄ ꝯuertibilitatẽ ſm̄ ſe totã.ſi ꝑmũ ſic ẽ loc⁹ a ſubſtan tia.ſi ſcd̃m ſic ẽ loc⁹ a cõcomitantib⁹ ſubſtãtiã.¶ Sciendũ ꝑmo ꝙ loc⁹ a ſubſtãtia ẽ qñ termin⁹ inferẽs dr̄ ꝯuertibiliter totã ſubſtãtiã termini il- lati.vt arguẽdo a diffinitõe ad diffinitũ ⁊ nõ opꝫ a d talẽ locũ ꝙ ſꝑ termi- nus inferens explicet ſubſtantiã termini illati.q2 locus a diffinito ad diffi nitõem eſt locus a ſubſtantia.⁊ tñ diffinitũ nõ explicat naturã diffinitõis neq̃ꝫ deſcriptum deſcriptiõis.Ideo nõ oportꝫ ꝙ terminus inferẽs dicat explicite ſubſtantiã alterius ſcȝ illati.ſȝ ſufficit ꝙ dicat ꝯuertibil’r totam ſubſtantiam eius.iõ ſic diffinit̃.Locus a ſubſtãtia ⁊c̃.vtꝫ.⁊ capitur ibi ſubſtãtia ꝙ eſt idẽ cũ illo qd̃ dr̄ ꝯuertibiliter totã ſubſtantiã rei vt capitur in diffinitõe loci intrinſeci al’s nõ differret diffinitio loci intrinſeci a diffini tione loci a ſubſtãtia.¶ Sciendũ ſcd̃o ꝙ loc⁹ a cõcomitãtib⁹ ſubſtãtiã ẽ qñ ſumit̃ argumentũ ab his q̃ ſunt de ſubſtãtia rei ſcȝ cũ termin⁹ inferẽs ꝯuenit cũ termino illato ſȝ nõ ꝯuertibil’r.vt arguẽdo a ꝑte ad totũ.⁊ econ tra.⁊ a cã ad effectũ.⁊ ecõtra.In talib⁹ eñ ſꝑ terminus inferẽs dr̄ aliquo mõ idẽ cũ termino illato ſȝ nõ ꝯuertibil’r.⁊ nõ opꝫ in tali loco ꝙ termin⁹ in ferens ſit vnũ in eſſentia cũ termino illato ſed ſufficit ꝙ includat̃ in eo ſm̄ aliquẽ modũ eſſendi in ⁊ faciat vnũ cũ ipo in ratõe inferẽtis.⁊ ꝑ reſpectuȝ ad attributũ quo infert terminũ illatũ.¶ Sciendum tertio.ꝙ loc⁹ a ſub ſtantia diuidit̃ ꝑ locum a diffinitõne a deſcriptõne ⁊ locũ a nois interꝑta- tione.Cuius ratio eſt.q2 in loco a ſubſtãtia vnus terminoꝝ ſemꝑ dicit explicatõem alterius.licȝ nõ ſemꝑ terminus inferens a quo denominatur locus dicat explicite totum eſſe alterius.ſicut dictum eſt.vel ergo talis ex plicatio ſumit̃ ex ꝑncipijs eſſentialib⁹ rei.vel a ꝓprietatibus eius Si ꝑmũ ſic eſt locus a diffinitõne.Si ſcd̃m hoc eſt dupliciter vel ſumitur ab illis ꝓ prietatibus inquantum ab ipis fit interpretatio vel ſumitur ab ipis ſm̄ ſe.Si primo modo ſic eſt locus a nominis interꝑtatõne.Si vero ſcd̃o ſic eſt locus a deſcriptõne.Diffinitio eñ explicat eſſe rei per eſſentialia.⁊ de ſcriptio per accidentalia.⁊ interpretatio explicat ipſum per ꝓprietates a

quibus nomē imponitur. ⁊ quādoq; vocatur quid nominis. ¶ Scien-
dum quarto. ꝙ diffinitio dupliciter ɔsiderat᷑. Uno mō quantū ad essen-
tiā eius. put dicit ꝑncipia essentialia diffiniti ⁊ sic est medium syllogismi
demonstratiui. ⁊ ab eo sumitur syllogismus demonstratiuus ⁊ nō dyale
ticus. Alio mō ɔsiderat᷑ inquantū sumit᷑ sub intentōne cōi diffinitōnis. ⁊
hoc dupliciter. qꝛ quādoq; sumit᷑ ꝑ respectū ad p̄dicata q̄ notiori modo
ɔueniunt diffinito q̄ȝ diffinitōni. ⁊ hoc modo sumitur ab ea locus sophi-
sticus. ⁊ arguit᷑ ꝑ fallatiam petitōnis ꝑncipij. Alio modo sumitur respe-
ctu p̄dicatoꝝ. que notiori modo conueniunt diffinitōni q̄ȝ diffinito. ⁊ hoc
modo ab ea sumit᷑ locus dyaleticus. ⁊ sic ɔsideratur hic. Et sic patȝ diui
sio ⁊ sub diuisio loci intrinseci. ¶ Contra p̄dicta arguit᷑ ꝑmo sic. Locus a
causa officiente est locus intrinsecus. ⁊ tamen nō est a substantia. vt patet
in textu. nec a cōcomitantibus substantiam. quia causa efficiens nō cōco
mitatur suum effectum. sȝ est sibi extrinseca. ergo nō sufficienter diuidit lo
cum intrinsecum. Secundo sic. arguendo a genere ad speciem est argu
ere a substantia terminoꝝ in questione positorum. ⁊ tamē ibi nō est locus
a substantia. ergo ɔtra diffinitōem loci a substantia. Tertio sic illa q̄
cōcomitantur substantiam rei sunt extra ip̄a. ergo quādo sumit᷑ argumen
tum a cōcomitantibꝫ substantiā ibi est locꝰ extrinsecus. ḡ male ponit᷑ locꝰ
a cōcomitātibꝫ substantiā eē locū intrinsecū. Quarto sic. ab eodē nō su
mit᷑ locus dyaleticus ⁊ sophisticus cū inter se opponunt᷑. sȝ a diffinitiōe su
mitur locus sophisticus. ḡ ab ip̄a nō sumit᷑ locꝰ dyaleticus. Quinto sic
Locus a diffinito ⁊ a descripto sunt loci a substātia ⁊ nō ponūt᷑ in ista di-
uisione. ḡ ē insuffiiciēs. ☞ Ad ꝑmū dr̄. ꝙ lȝ cā efficiēs ꝟm se sit extrinseca
suo effectui tn̄ ꝟm virtutem eiꝰ ē aliquo mō sibi intrinseca. ⁊ aliq̄ mō facit
vnū cū ip̄o ꝟm quā vnitatē se hȝ vt terminꝰ inferēs respectu sui effectus
in ordine ad illa p̄dicata bonū malū. Ad scd̄m dr̄. ꝙ licȝ genꝰ sit de sub
stātia spēi ꝑ modū ꝑncipij nō tn̄ dt̄ illā totā substātiā ɔuertibilr̄. iō argu
endo a gn̄e ad spēm nō arguit᷑ a substātia rei eo mō quo intelligit᷑ in diffi
nitōe loci a substātia. Ad tertiū dr̄. ꝙ lȝ aliqua q̄ cōcomitant᷑ substātiā
rei nō sint intrinseca essentialr̄. tn̄ dicunt᷑ intrinseca ꝟm aliquē modū essen
di. qd̄ sufficit ad locū intrinsecū. Ad quartū dr̄. ꝙ ab eodē eodē mō ac
cepto nō sumitur locus sophisticus ⁊ dyaleticus. licet bene ab eodem di-
uersimode accepto. ⁊ sic est de diffinitōne que facit locum dyaleticū ⁊ lo-
cum sophisticum. Ad quintum dicit᷑. ꝙ licȝ in hac diuisione loci a sub-
stantia nō ponat᷑ explicite locus a diffinito ⁊ a descripto. tn̄ subintelligit᷑ ꝑ
locū a diffinitōne ⁊ a descriptōne ⁊ locus ab interp̄tato ꝑ locum ab inter
p̄tatōne. qꝛ oīa illa habent se correlatiue. ⁊ sub loco a descriptōne ɔtinet᷑
locus a diffinitōne causali que datur ꝑ causas extrinsecas ip̄ius diffiniti.

Diffinitio est oratio indicans quid est esse rei ꝑ essen-
tialia Locus a diffinitōne. est habitudo diffini-
tionis ad diffinitum ⁊ continet quattuor argumen-
ta ⁊ quattuor maximas. Primo subijciendo diffinitionē
affirmatiue. vt animal rationale currit. ergo homo currit.

Locus a diffinitōne maxima. Quicquid p̄dicatur de diffi-nitōne et de diffinito. Secūdo p̄dicando diffinitōnem affirmatiue. vt sortes est animal ratōnale mortale ergo sortes est homo. Locus a diffinitōne maxima. De quocūq; p̄dicatur diffinitio et diffinitum. Tertio subijciendo diffinitiōem negatiue. vt animal ratōnale mortale nō currit. ergo homo nō currit. Locus a diffinitōne maxima. quicquid remo-uetur a diffinitōe etiam remouetur a diffinito. Quarto predicando diffinitōnem negatiue. vt lapis nō est animal rationale mortale. ergo lapis non est homo. Locus a diffiniti-one maxima. A quocunq; remouetur diffinitio et diffini-tū econuerso. Locus a diffinito continet tot argumenta et tot maximas sicut locus a diffinitōne. Primo subijcien-do diffinitum affirmatiue. vt homo currit. ergo animal ra-tionale mortale currit. Locus a diffinito maxima. q̄cquid p̄dicatur de diffinito et de diffinitōne. Secundo predicando diffinitum affirmatiue. vt sortes est homo. ergo sortes ē animal ratōnale mortale. Locus a diffinito maxima De quocunq; p̄dicatur diffinitum et diffinitio. Tertio subijciendo diffinitum negatiue. vt homo nō currit. ergo animal ratio-nale mortale nō currit. Locus a diffinito maxima. Quic-quid remouetur de diffinito et etiā de diffinitōe. Quarto p̄di-cando diffinitum negatiue. vt lapis nō est homo. ergo lapis nō est animal ratōnale mortale Locus a diffinito maxima A quocūq; remouetur diffinitū et etiam diffinitio. Et sciendū q locus debet semp denominari a termino inferēte et nō ab illato. vt quādo diffinitio est inferens. est locus a diffinitōne quādo vero diffinitū est inferens est locus a diffinito.

Postq̄ autor p̄misit diffinitōem loci a substātia. h̄ cōn̄r determinat de mēbris ei9 et p̄mo de loco a diffinitōe q̄ ē pfectior oībꝫ alijs et hic incipit determinare in speciali de syllogismo dyaletico ostendēdo quō in p̄ticulari formatur s̄m diuersos modos loci. Et quia locus a diffinitōne p̄suppo nit cognitōem diffinitōis iō p̄mittit diffinitōem diffinitōis dicēs. Diffi-nitio est orō indicās q̄d ē eē rei p substātialia. Et dicitur orō q̄r est q̄dda cōplexum īcludēs diuersa p̄ncipia diffiniti. s. gen9 et drām. q̄ꝫ q̄dem cōple-xum ē orō īpfecta et s̄cat q̄d ē eē rei. q̄r explicat p̄ncipia essentialia rei. scꝫ spēi ex q̄bꝫ cōstat tota q̄dditas spēi. s. gen9 et drn̄am q̄ dicūt totū eē essentiā le ei9 a p̄ma potentia vsq; ad vltimū actū et solū hic diffinit diffinitio pro

diffinitione quidditatiua que est diffinitio simplr̃ ⁊ non ꝓ diffinitōe causa
li que datur ꝑ causas extrinsecas diffiniti. nec pro diffinitōne descriptiua
vel pro diffinitōe quid nois. ¶ Sciendum pmo ꝙ locus a diffinitione
est habitudo diffinitōis ad diffinitū suū. ⁊ illa habitudo est habitudo idē-
titatis ⁊ ꝯuertibilitatis. q2 diffinitio dicit idē essentialiter ⁊ cōuertibiliter
cū diffinito suo Et inde ꝓuenit ꝙ qcquid affirmatiue vel negatiue veri-
ficatr̃ de diffinitōne eodē modo ⁊ de diffinito ⁊ ecō tra. et ꝯtinet iste locus
quatuor argumēta ⁊ quatuor maximas. Primo subijciendo diffinitiōez
affirmatiue. Scdo predicādo affirmatiue. Tertio subijciendo diffinitio-
nem negatiue. Quarto predicando diffinitōem negatiue. Quoꝝ exēpla
et maxime habētur satis in textu. Et istoꝝ cā redditr̃ ꝓpter habitudinem
prius habitam diffinitōis ad diffinitū Sciendum scdo. ꝙ licet diffini
tio ꝑcat idē essentialiter cū diffinito. differūt tn̄ ſm rōnem accidentalē q2
diffinitio dicit pncipia diffiniti que naturaliter pcedūt diffinitū. ⁊ dicunt
sub modo pluriū. Diffinitū vero sequitr̃ illa pncipia ⁊ hz se ꝑ modū vni9
ꝯpositi ex illis pncipijs. ⁊ arguendo a diffinitōe ad diffinitū oportet argu
ere ab ipa diffinitōne eo modo quo est eadē. ⁊ ꝯuenit cū diffinito ⁊ non ea
pte qua differt ab ipa. q2 sic non arguitr̃ ab ea inqtum diffinitio est Et si-
militer arguēdū est a diffinito ad diffinitōem. ⁊ ideo nō seqtur. aīal rōna-
le est oratio. ergo homo est oratio. q2 ibi arguitr̃ a diffinitōne ea parte qua
differt a diffinito ⁊ non inqtum ꝯuenit. Et sic ꝯmittitr̃ fallacia accidētis
Et silr̃ nō sequitr̃ hō est diffinitū. g aīal rōnale est diffinitū. ⁊ sic de multꝭ
alijs silr̃ dōm est ꝓpter cām predictam Sciendū tertio. ꝙ locus a diffi-
nito est habitudo ipius diffiniti ad diffinitiōem Et ꝯtinet quatuor argu
menta sicut locus a diffinitōne. Primo subijciēdo diffinitū affirmatiue.
Scdo pdicando ipm affirmatiue. Tertio subijciendo diffinitū negatie
Quarto pdicando ipm negatiue. Quoꝝ modoꝝ exēpla ⁊ maxime satis
patent in textu. Ratio quare tenent similiter sicut locus a diffinitōne est
q2 sicut diffinitio dr̃ idē eēntialiter ⁊ ꝯuertibiliter cū diffinito. Et ideo si-
cut ꝓpter idētitatē capiuntr̃ illi quatuor modi arguēdi a diffinitōe ad dif-
finitum. Sic etiā capiuntr̃ quatuor modi arguēdi a diffinito ad diffinitio
nem. q2 vtrūqz habet silēm habitudinē ad reliquū Sciendū quarto. ꝙ
locus semꝑ denoīatur a termīo inferente ⁊ non a termīo illato. Cuius rō
est. q2 locus est habitudo ꝯfirmatiua argmēti ꝑ quā accipitr̃ ꝓbatio ꝯse
quentis ⁊ termini illati. Sed illa habitudo ꝯfirmatiua argumenti ⁊ ꝓt9
ꝓbatiua ꝯsequentis est in termino inferēte. s. in medio ⁊ non in illato. Jō
cū in añcedente ponitr̃ diffinitio erit locus a diffinitōe. Et cū diffinitū po-
nitur in añcedente erit locus a diffinito. Non tn̄ denoīatur locus a termi
no inferente materialiter sz formaliter capto sub illa intentōne cōi que est
terminus inferens. Ideo hic sortes est homo. ergo sortes est aīal. qꝛuis hō
quodāmodo sit diffinitum. nō tn̄ dr̃ ibi esse locus a diffinito vel ab hoie.
q2 homo nō est inferens sub rōne hois vel diffiniti. sed sub rōne spēi. ideo
dicitur locus a specie. ¶ Contra pdicta arguitr̃ primo sic. Vnūqdqz ca
pit denoīationem a suo vltimo actu sed differentia est vltimus actus dif-
finitionis ⁊ ab ipa diffinitio redditur ꝯuertibilis cum diffinito. ergo sicut
differētia predicatur in quale. ita ⁊ diffinitio. ergo diffinitio nō significas

quid est esse rei. Secũdo sic. aĩal rationale currit. ergo homo currit. ibi est petitio p̓ncipij. ergo non cõuenienter arguitur a diffinitione ad diffinitum nec iste locus tenet subijciendo diffinitõnem affirmatiue. Tertio sic. Hic est locus demonstratiuus. homo est aĩal rõnale. ergo homo est risibilis. ergo p̄dicando diffinitõnem affirmatiue non est locus dialecticus sꝫ demõstratiuus. Quarto sic. eadem est habitudo medians inter diffinitõnem ⁊ diffinitum. ⁊ econtra. sicut est eadeꝫ via de sursum et deorsum ⁊ econtra. ergo cũ locus sit habitudo termini ad terminũ sequitur ꝙ locus a diffinitõne ⁊ a diffinito non sunt loci distincti Quinto sic Unũquodqꝫ denominatur a fine. sed terminus illatus in loco. se habet vt finis. ergo locus debet denominari a termino illato.

☞ Ad p̓mũ dicitur. ꝙ licet differentia predicetur in quale non tamẽ diffinitio. et ratio est. qꝛ solum illud predicatur in quale quod dicit actuꝫ qualificantem potentiam precedentem ip̃m. sicut drña qualificat genus quod determinat. ergo cum diffinitio dicat totum esse speciei a prima potentia vsqꝫ ad vltimũ actum non presupponit aliquam potentiam quaꝫ qualificet. ideo non predicatur in quale. nec differẽtia est proprie vltimus actus ipsius diffinitõnis. sed aggregatio ⁊ esse vnitiuum generis ⁊ differentie Ad secũdum dicitur. ꝙ si in toto illo argumẽto cõsequẽs sit notius respondenti qꝫ antecedens. tunc est petitio principij. vel si illud predicatũ currit notius dicatur de diffinito qꝫ de diffinitione in ordine ad ip̃m respondentem. sed si ecõtra in ordine ad respondentem antecedens sit notius consequẽte. tunc ibi est locus dyalecticus. quia in loco dyalectico nõ oportet semper procedere a notioribꝫ simpliciter. sed a notioribꝫ respõdenti. nec est inconueniens ꝙ in eodem argumento respectu diuersoruꝫ respõdentium sit locus dyalecticus. ⁊ petitio p̓ncipij si antecedens vni sit notius. ⁊ consequens alteri. Ad tertium dicit̃. ꝙ si in illa ratione ostendatur conclusio sequi propter habitudinem ipoꝝ p̓ncipiorum hominis. scꝫ aĩalis rationalis ad illam passionem que est risibile ibi est bona demõstratio. ⁊ ostenditur passio subiecti per propria principia eius. Sed si ostendatur illa conclusio virtute habitudinis diffinitõnis inqꝫtuꝫ diffinitio respectu diffiniti. vt illa habitudo fundatur in illa intentione cõmuni diffinitionis. ibi est locus dylecticus Ad quartum dr̃. ꝙ licet a diffinitione ad diffinitum ⁊ ecõtra sit eadem habitudo materialiter est tamen diuersa formaliter inqꝫtum sumitur virtus probatiua in diffinitione. ⁊ inqꝫtũ virtus probatiua in diffinito Ad quintum dicitur. ꝙ licet in illis que dicunt causalitatem finis. a fine fiet denominatio. non tamen in his que dicunt causalitatem efficientis. sed ibi sumitur denominatio ab efficiente. Modo locus dicit causalitatem efficientis. et illud efficiens est terminus inferens. ideo locus denominatur a termino inferente. et non a termino illato.

Descriptio est oratio significans esse rei per accidentalia. vt animal risibile est descriptio hominis. vel sic. Descriptio est oratio cõstans ex genere et proprio. vt ani/

mal risibile. Locus a descriptione est habitudo descriptio-
nis ad descriptum Et cōtinet quatuor argumenta ⁊ quatu-
or maximas. sicut locus a diffinitione. et formanť hic eodē
modo argumenta et maxime sicut ibi. nisi ꝙ ibi ponitur dif-
finitio et diffinitum. hic vero descriptio et descriptū poniť.

¶ Postq̄ȝ autor determinauit de loco a diffinitione ⁊ a diffinito. Hic
consequenter determinat de loco a descriptōne ⁊ descripto. Primo diffi
niens descriptionem dicit. Descriptio est oratio quid est esse rei signifi-
cans per accidētalia. ⁊ dicitur oratio. quia descriptio componitur ex plu-
ribus. quorum vnum contrahit aliud. et est quoddam complexū. vt ani
mal risibile. ⁊ oratio ponitur loco generis diffiniti. Deinde ponitur esse
rei per accidentalia. ad differentiaȝ diffinitionis que significat esse rei per
essentialia Et ratio huius potest esse. quia illud quod significat esse rei
per ea que consequuntur ens in specie completum explicat ipsum per acci
dentalia cum omnia ꝯsequetia cō pletum esse in spē sunt accidentalia. sed
descriptio est huiusmodi. ergo descriptio explicat esse rei per accidentalia
ergo ⁊c. ☞ Sciendum ꝑmo. ꝙ duplicia sunt accidentia. Quedam
sunt cō munia que consequuntur principia indiuidui. Alia sunt propria
que consequuntur principia speciei. Descriptio autem debet dari per ac
cidentia propria et non debet dari per communia. nisi inq̄ȝtum plura ac-
cidentia cōmunia accipiuntur loco vnius proprij ꝫm quod vtrunqȝ re-
stringit alterum ⁊ per hoc faciunt vnum conuertibile cum diffinito. vt
gressibile ⁊ bipes est ꝯuertibile cum homine eo quod vnum contrahitur
ad alterum. et econtra. ⁊ ideo illud aggregatum equiualet vni actui pro-
prio. q̄ȝuis ibi sint plura accidentia. ⁊ sic debet intelligi ꝙ descriptio signi
ficat esse rei per accidentia propria. vel communia appropriata. vel meli-
us dicitur per accidentalia. q̄ȝ per accidentia. quia quandoqȝ descriptio
datur ꝑ inferiora suꝑioris. et quandoqȝ per modos essendi que non sunt
pura accidentia. sed dicuntur accidentalia. quia habent modum accidē-
tium ¶ Sciendum est secundo. ꝙ descriptio aliter sic diffinitur. est ora
tio constans ex genere et proprio. vt animal risibile est descriptio homi-
nis. et includit genus et proprium eius. Aliter autem ponitur genus in
diffinitione ⁊ in descriptione. quia genus consideratum vt est ꝑncipium
essentiale ⁊ formale speciei ponitur in diffinitione quidditatiua. Sed ge-
nus cōsideratum vt est causa efficiens proprij quod fluit ex genere poni-
tur in descriptione. ⁊ capitur dupliciter descriptio. Uno modo genera-
liter pro quacunqȝ oratione que explicat esse rei per accidentalia. siue sint
propria siue appropriata. siue sint cause extrinsece diffiniti. ex quibus fit
diffinitio causalis. ⁊ sic diffinitur prima sui diffinitione. Alio modo capi
tur solum pro illo quod fit ex genere et accidente proprio. et hoc modo de
scriptio capitur in secunda diffinitione. ideo diuersimode dantur de ipa
iste diffinitiones.

¶ Sciēdū est tertio. ꝙ descriptio facit locū a substantia. qꝛ dicit idem eēn
tialiter ꝛ ꝯuertibiliter cū descripto. ꝛ quicq̇d verificatur de vno ꝛ de alio
et etiam de quocūqꝫ verificat᷑ descriptio ꝛ descriptū. et ecōtra ꝓpter ꝯuer
tibilitatē eoꝝ. et licet descriptio explicet esse rei ꝑ accidētalia. que ꝯcomi/
tant᷑ substātiam rei. tn̄ ipsa accipit᷑ ꝛ supponit pro eadez essentia cū suo de
scripto. vt dicendo aīal risibile currit ibi aīal risibile supponit ꝓ eisdē sup/
positis. ꝛ ꝓ eodē in substantia sicut homo ideo ipsa facit locū a substantia.

Sciendū quarto. ꝙ locus a descriptione est habitudo descriptiōis ad
descriptū. que quidē habitudo est ꝯuertibilis et tenet quatuoꝛ argumen
ta. ꝛ quatuoꝛ maximas. ṗmo subijciendo descriptōem affirmatiue Scđo
pꝛedicando affirmatiue. Tertio subijciendo negatiue Quarto pꝛedican/
do negatiue. Exēpla ꝛ maxime accipiunt᷑ sicut in loco a diffinitiōe solum
mutādo diffinitōem in descriptōem ꝛ diffinitū in descriptū. Sꝫ locus a
descripto est habitudo descriptiōis ad descriptuꝫ. ꝛ tenet quadruplicitet
sicut pꝛecedēs ꝛ eodē mō foꝛmant᷑ argumēta et maxime eius sicut in loco
a diffinito ☞ Contra predicta arguit᷑ primo sic. Si descriptio diffi/
niret᷑ hoc esset ꝑ aliā descriptōem cū nō habeat diffinitōem quidditatiuā
et iterū illa descriptio ꝑ aliā. ꝛ sic de alijs. ꝛ sic esset processus in infinitū qđ
est incōueniens. ergo descriptio nō diffinit᷑ Scđo sic. Illud qđ ꝑcat acci
dentia rei non ꝑcat esse rei. sꝫ descriptio q̄ dat᷑ solū ꝑ accidētia tm̄ ꝑcat acci
dentia rei. ergo male dr̄ ꝙ ꝑcat esse Tertio sic. oīs descriptio dꝫ dari per
accidentalia. sꝫ genus ꝛ ꝓpꝛium ambo sunt essentialia spēi. qꝛ genus est de
eēntia spēi. ꝛ ꝓpꝛiū īmediate ꝯsequit᷑ essentiā spēi. g̊ nulla descriptio dꝫ da
ri ꝑ gen⁹ ꝛ ꝓpꝛiū. Quarto sic. homo est aīal risibile. g̊ homo nō est lapis
est habitudo descriptōis ad descriptū. et ecōtra. ꝛ tn̄ ibi non est locus a de
scriptōne. sed a disperatis. g̊ ꝯtra diffinitōem illoꝝ locoꝝ. Quinto sic.
Non sequit᷑ aīal risibile ꝯponit᷑ ex genere ꝛ ꝓpꝛio. g̊ homo ꝛc̄. et tn̄ est loc⁹
a descriptōe. g̊ locus a descriptōne non tenet subijciendo descriptōeꝫ af/
firmatiue. ☞ Ad ṗmū dicit᷑. ꝙ descriptio sub illa intentiōe incōplexa
diffinit᷑ ꝑ diffinitōem descriptiuam ꝛ illa diffinitio nō habet vlterius dif/
finiri ꝑ aliam. eo ꝙ est aliqđ ꝯplexuꝫ. ideo non opoꝛtet ꝓcedere in infinitū
in descriptōe Ad scđm dr̄ ꝙ licet descriptio solū data ꝑ accidentia ꝑcet
accidētalia de suo foꝛmali ꝑcato. tn̄ de materiali ꝑcato īpoꝛtat eē rei sub/
stantiale. qđ ꝑ illa accidētia explicat᷑ a posterioꝛi. et etiam supponit ꝓ sub/
stantia rei. Ad tertium dicit᷑. ꝙ lꝫ genus ꝛ ꝓpꝛiū sint essentialia spēi in/
q̄ꝫtum respiciūt eēntiaꝫ eius. tn̄ pn̄t dici accidentalia inq̄ꝫtum genus est cā
effectiua ꝓpꝛij. Et ꝓpꝛiū ꝯsequit᷑ totū eē ꝯplexū spēi. qꝛ etiā genus ꝛ dr̄ñā
nō causant ip̄m ꝓpꝛiū nisi post eē ꝯpletū spēi. iō genus ꝯsequit᷑ esse spēi ali/
quo modo. vt est causa ꝓpꝛij Ad quartum dicit᷑. ꝙ lꝫ in illo enthimema
te sit habitudo descriptōis ad descriptū inter terminos añcedentis. tn̄ nō
inter terminū inferētem ꝛ illatū. qꝛ aīal risibile est terminus inferēs cuꝫ sit
mediū ꝛ lapis terminus illat⁹. ꝛ inter illos non est habitudo descriptiōis
ad descriptū. vel ecōtra Ad quintum dr̄. ꝙ ibi arguitur a descriptōne
non ea ꝑte qua ꝯuenit cū descripto. sed ea ꝑte qua differt. Ideo ibi cōmit
titur fallatia accidentis

¶ Interpretatio est duplex. Quedã em̄ est que nõ con/
uertit̄ cũ interpretato suo. vt ledens pedẽ est interpre
tatio huius nõis lapis. Alia est que cõuertit̄ cũ inter
pretato suo vt amator sapientie est interpretatio huius nõis
philosophus. et hoc modo sumit̄ hic. et diffinitur sic. Inter
pretatio est expositio vnius nõis minus noti per aliud nomẽ
magis notum vel per integram oratõem. Locus a nõis in/
terpretatione est habitudo interpretatõnis ad interpretatuз
et continet tot argumẽta et tot maximas sicut locus a diffi/
tione. Primo subĳciendo interp̄tationẽ affirmatiue. vt ama
tor sapientie currit. ergo philosophus currit. Locus a nõis
interpretatione Maxima. Quicquid predicatur de interp̄/
tatione et de interpretato. vel sic a parte predicati. vt sortes
est amator sapientie. ergo est philosophus. Locus a nõis
interpretatione Maxima. De quocũq₃ predicat̄ interpreta
tio et interpretatum Negatiue sic a parte subiecti. vt amator
sapientie non currit. ergo philosopus nõ currit. Locus a no
minis interpretatione Maxima. Quicquid remouet̄ ab in
terpretatione et etiã ab interp̄tato. A parte predicati sic. sor/
tes nõ est amator sapientie. ergo non est philosophus Loc⁹
ab interpretatõe. Maxima. A quocũq₃ remouet̄ interpreta
tio et etiam interpretatũ Et eodẽ modo intelligit̄ de interpre
tato sicut de diffinito.

¶ Postq₃ autor determinauit de loco a descriptõe ad descriptũ. et econ
tra. hic ꝯsequẽter determinat de loco ab interp̄tatione ad interpretatum.
Primo sic distinguẽs mõs interp̄tatõis Quedã em̄ est interpretatio nõ
ꝯuertibilis cũ interpretato. Et iterũ talis est duplex. Quedaз em̄ est q̄
est in plus ⁊ excedit suũ interp̄ratũ. vt ledẽs pedẽ est interpretatio huius
nõis lapis. Et de pluribꝫ verificat̄ q₃ lapis. ⁊ q̄dã est excessa scз ab interp̄
tato q̄ de pautioribꝫ verificat̄ q₃ interpretatũ. vt ꝑfecte factũ est interp̄ta
tio huius nõis ꝑfectũ. ⁊ de paucioribꝫ dr̄ q₃ ꝑfectũ Perfectũ em̄ dr̄ de deo
et creaturis. sed ꝑfecte factũ dicit̄ de creaturis tm̄. Alia est interpretatio
ꝯuertibilis cũ interp̄tato. vt amator sapiẽtie est interpretatio huius nõis
ph̄s. Dicit̄ em̄ ph̄s a philos qđ est amor. ⁊ sophos qđ est sapientia. qua
si amator sapiẽtie ☞ Sciendũ p̄mo. ꝙ ab interpretatõe nõ ꝯuertibi/
li nõ sumit̄ locus a substãtia. eo ꝙ ip̄a nõ sit idẽ cõuertibiliter cũ interpre/
tato quod req̄rit̄ in quolibet loco a substantia. sed ab ea sumitur locus so
phisticus arguendo affirmatiue ab interpretatione ad interpretatũ que
est cõmunior ip̄o. sed ab interpretatione cõuertibili ad interpretatũ sumi
tur locus dialecticus et erit locus a substantia. q₂ talis interpretatio dicit

realiter ꝛ conuertibiliter idem cū suo interpretato. et de ista est hic ad propositum. et diffinitur sic. Interpretatio est expositio vnius nominis minus noti per aliud magis notum.

☞ Sciēdum secundo. ꝙ ethimologia translatio. ꝛ interpretatio sic inter se differunt. quia ethimologia est expositio vnius dictionis per alias dictiones eiusdem ydeomatis. vt sol dicitur quasi super omnia lucens. et luna quasi luce nitens aliena vbi exponit̄ nomē latinū ꝑ alias dcōes latinas. Et trāslatio est mutatio sermonis de vno ydeomate in aliud. vt cū mutat̄ grecū in latinū. vt kyrios grece est dn̄s latine. Sed interp̄tatio fit qn̄ exponit̄ vna dictio ꝑ alias dcōnes eiusdē ydeomatis vel diuersoꝝ. et sic interp̄tatio vt hic sumit̄ est qđdam supius ad ethymologiam ꝛ distinguit̄ ꝯtra trāslatōem in qua non fit expositio nōis sed mutatio vnius sermonis in alium sermonē extrinsecū vel extraneū. ꝛ ideo ꝭm trāslatiōem sumit̄ locus extrinsecus. ꝛ ab alijs sumit̄ locus intrinsecus qui generaliter dr̄ ab interp̄tatione ad interpretatū ¶ Sciendū est tertio. ꝙ locus ab interpretatione est habitudo interpretatōis ad interpretatū. Et tenet quatuor argumenta ꝛ quatuor maximas. p̄mo scʒ subijciendo interp̄tatū affirmatiue. secūdo negatiue ꝛ tertio predicando affirmatiue. ꝛ q̄rto negatiue. Capiunt̄ exempla ꝛ maxime eodem modo sicut ꝛ in precedētibꝫ Sed locus ab interpretato est habitudo interp̄tati ad interpretatōem et tenet etiam quatuor modis sicut locus ab interpretatōne. et rō est hec. qꝛ interpretatio ꝛ interpretatū cōuertunt̄. ergo vtriusqꝫ ad alterū est eadē habitudo q̄ꝫtum ad hoc qđ est formare argumēta ꝛ maximas penes affirmationem ꝛ negatōem subiectōem ꝛ p̄dicatōem. ¶ Sciendū quarto. ꝙ preter istos locos a substātia hic positos sunt adhuc alij modi minus p̄ncipales reducibiles ad ip̄os. scʒ locus a synonomo ad synonomū. vt tullius currit. ergo marcus currit. ꝛ locus differentie ꝓprie ad spēm ꝛ ecōtra. vt rationale currit. ergo homo currit. et ecōtra. ꝛ locus a spē ad ꝓpriū. et ecōtra. vt homo est. ergo risibile est. Et locus ab exponētibꝫ ad expositū. vel ecōtra vt hic homo currit. ꝛ nihil aliud ab hoīe currit. ergo tm̄ hō currit. Un̄ nota ꝙ locus a synonomo ad synonomū ꝛ a spē ad drām. ꝛ eꝯ reducunt̄ ad locū a diffinitione vel diffinito qꝛ terminus inferēs idē dicit essentialiter ꝛ ꝯuertibiliter cū termino illato. ꝛ inde sumitur ꝟtus ꝓbatiua in loco a diffinito vel diffinitōe Sed locus a specie ad proprium reducitur ad locum a descripto ad descriptionē ꝛ ecōtra. sed locus a ꝓprio ad spēm reducitur ad locū a descriptione. eo ꝙ proprium se habet in descriptōne sicut vltima differentia descriptiua ad ip̄m descriptum. Sed locus ab exponētibꝫ ad expositum reducitur ad locū ab interpretatione. vnde generalr̄ in om̄i loco a substātia terminus inferens ꝛ terminus illatus cōuertuntur inter se et propter ꝯuertibilitatē sumūtur oēs loci ꝛ maxime a substātia. Et posset poni vnus locus generalis. scʒ locus a ꝯuertibilibꝫ in quo continerentur generaliter omnes loci a substantia. et posset argui quatuor modis ꝑ illum locū ꝛ formari possent quatuor maxime. vt quicquid verificatur de vno ꝯuertibilium ꝛ de reliquo. Et de quocūqꝫ verificatur vnum cōuertibilium et reliquum. et quicquid negatur de vno ꝛ de alio. et de quocunqꝫ negatur vnum ꝛ reliquum. ꝛ per hoc ponūtur argumēta ꝛ maxime locorum a substātia

☞ Contra predicta arguitur primo sic. Sicut diffintio se habet ad
diffinitum. ita interpretatio se habet ad interpretatum. sed omnis dif/
finitio est conuertibilis cum diffinito. ergo omnis interpretatio est con/
uertibilis cum interpretato. ¶ Secundo sic. Bene sequitur. Aer
non est ledens. ergo non est lapis. ergo ab interpretatione conuertibili su/
mitur bonus locus dyalecticus ꝛ ecōtra. Etiam bene sequitur corpus
est lapis. ergo est ledens pedem. et sic de alijs. Tertio sic. dicendo intel
ligere est idem quod intus legere. est interpretatio. ꝛ tamē ibi non est ex/
positio nominis. sed verbi. ergo contra diffinitōnem interpretatōnis.
Quarto sic. In diffinitione est expositio vnius nominis per aliud vel
per plura. et tamē diffinitio non est interpretatio. ergo ista diffinitio con/
uenit alijs a diffinito. Quinto sic. Non sequitur rusticus est amator sa
pientie. ergo est philosophus. et tamen ibi arguitur ab interpretatione ad
interpretatum. ergo iste locus non tenet predicando interpretationem af
firmatiue. ¶ Ad p̄mū dicitur. ꝙ licet sicut diffinitio explicat diffi/
tum. ita interpretatio interpretatum. sed tamē interpretatio que est que/
dam diffinitio quid nominis non semper sumitur a proprietate conuerti
bili cum interpretato. sicut diffinitio semper fit ex differentia conuertibili
cum specie. ideo non oportet ꝙ omnis interpretatio sit conuertibilis sicut
quelibet diffinitio ¶ Ad secūdum dicitur. ꝙ bene sequitur. aer nō est
ledens pedem. ergo non est lapis. sed non per locū a substantia. sed per lo/
cum a superiori ad inferius negatiue. ꝛ si arguitur affirmatiue est fallacia
consequentis. vt quādo interpretatio excedit interpretatum ip̄a se habet
vt species ꝛ interpretatuȝ. vt genus. ꝛ sic possunt formari loci a genere ad
speciē et econtra ¶ Ad tertium dicitur. ꝙ si capiatur nomē specialiter
vt est dictio significans per modum ꝑmanētis. sic ibi non est expositio no
minis. sed si capiatur generaliter ꝓut est nota mētis. vt capitur in presen
ti diffinitione sic est expositio nominis. quia hoc modo hic verbum sub no
mine cō tinetur. ¶ Ad quartum dicit̄. ꝙ licet diffinitio ex cōsequenti
dicat expositionē nominis diffiniti. nō tamē primo et per se. Ipsa em̄ pri/
mo explicat esse rei significate per nomen ꝛ ex consequenti explicat nomē
q̄tum ad suam significationem. Econtra vero interpretatio primo ex/
plicat nomen. et ex consequenti significatum. ꝛ pro eodem supponit cum
interpretato ¶ Ad q̄ntum dicitur. ꝙ licet rusticus appetat vel deside
ret sapientiam. non tamen amat ip̄am. Est enim desiderium. vel appe/
titus rei absentis. ꝛ nō habite. Sed amor est dilectio vel appetitus rei ha
bite. et ideo quia rusticus carens sciētia non habet taleȝ dilectionem in
scientia habita. quare non est amator sapientie.

Sequitur de locis a concomitantibus substantiam
qui sunt quando sumitur argumentum ab his que
consequūtur terminos in questione positos. Et di/
uiditur. qꝛ alius est locus a toto. alius a parte. alius a causa
alius ab effectu. alius a generatione. alius ab vsibus. alius

a cōmuniter accidentib9. Locus a toto diuidit᷑ sicut ipsum totū. Est em̄ quoddā totuȝ vniuersale. aliud integrale. aliud totum in q̄ȝtitate. aliud totū in mō. aliud totuȝ in loco. aliud totū in tpe Et ƀm hoc multiplex est locus a toto. q2 alius est locus a toto vniuersali. alius a toto integrali. et sic de aliȷs. et sic diuiditur locus a tpe. Totū vniuersale vt hic sumitur est quodlibet superius et substantiale sumptū in ordine ad suum inferius in linea predicamētali. vt aīal ad hoiem ꝛ hō ad sortem. Pars subiectiua dicit᷑ quodlibet inferius sub toto vniuersali sumptū. Locus a toto vniuersali siue a genere est habitudo ipius totius vniuersalis ad suā ptem subiectiuam siue ad suam spēm. et est semper destructiuus p̄dicādo totū. vt lapis non est aīal. ergo lapis non est hō. Maxima a quocūq3 remouet᷑ genus siue totuȝ vniuersale. ab eodem remouet᷑ spēs siue pars subiectiua. Locus a spē siue a pte subiectiua est habitudo ipius ad genus siue ad suum totū vniuersale. et est sp ꝯstructiuus. et tenet duo argumēta et duas maximas. Primo subiȷciendo spēm affirmatiue. vt hō currit. ergo animal currit. Locus a specie siue a pte subiectiua Maxima. Quicquid p̄dicat᷑ de spē siue pte subiectiua. hoc etiam p̄dicat᷑ de genere siue de toto vniuersali. Secūdo predicādo spēm affirmatiue. vt sortes est homo. ergo sortes est aīal. Maxima. De quocūq3 p̄dicat᷑ spēs siue pars subiectiua. de eodem p̄dicat᷑ genus siue totū vniuersale.

Postq3 autor determinauit de loco a substātia. hic p̄ūr incipit determinare de locis a ꝯcomitātib9 substātiā. q̄ est qn̄ sumit᷑ argumētū ab his que ꝯsequūtur terminos in questione positos. p̄mo enumerās octo spēs ei9 vel modos que sunt locus a toto. locus a pte. locus a causa. locus ab effectu. locus a generatione. a corruptiōe. ab vsib9. ꝛ a cōiter accn̄tib9. ꝛ locorum descriptio satis patet inferius. ꝛ inter istos locos autor prius determinat de loco a toto ꝛ de loco a pte qui sunt ꝯiūcti. q2 vnus ꝯgnoscit᷑ ꝑ alium ratione cuius hic ponit diuisionem totius ☞ Sciendū est p̄mo q̄ totum diuiditur per totū vniuersale. totū integrale. totū in q̄ȝtitate. totum in modo. totū in loco ꝛ totū in tpe. quoꝝ sic habetur sufficientia. quia omne totum ꝯtinet sub se suas ptes. vel ergo continet sub se suas ptes in actu vel in potētia. si in potētia hoc est dupl̄r. vel ƀt totā essentiā sue ptis vel ƀt tm̄ ptē. si p̄mū sic est totū vl̄e. si scd̄m sic est totū in mō. Si vero ꝯtineat suas ptes in actu. h̄ est dupl̄r. q2 vel tale totū sumit᷑ ꝑ modū vni9 indiuisi. ꝛ sic est totū integrale vel ꝑ modū diuisi ꝛ multiplicati ꝑ sua inferio

ra.et hoc dupl'r. vel importat̃ noīaliter. ⁊ sic est totū in q̄titate. vel aduerbi-
aliter.et hoc dupl'r. vel habet pertes in successione. ⁊ sic est totuz in tpe. vel in
ꝑmanentia.et sic est totū in loco.et q꜊ totū ⁊ pars opponuntur ⁊ correlatiue
dicūtur.ideo tot sunt modi partiū quot sunt modi totius. ⁊ etiam sex sunt
loci a ꝑte sicut sex sunt a toto.et inter istos ṗmo determinat de loco a toto
vniuersali.rōne cuius primo ponit definitōem totius vniuersalis.

¶ Sciendū secūdo ꝙ totum vniuersale est sup̄ius essentiale ad suam' par-
tem.et non capitur hic superius pro genere vel specie solum que ordinãtur
supra sua inferiora in recta linea predicamentali. Sed capitur hic generali-
ter pro quocūq꜊ superiori qđ predicatur de pluribꝫ inferioribus. siue tale sit
ens rōnis siue ens reale siue ens vniuocū siue analogum Et dicit̃ tale supe
rius totum.eo ꝙ in suo ambitu ꝯtinet sua inferiora tanq꜊ partes eius. Et
dicit̃ vniuersale inq̄tum est vnū in multis. Sed pars subiectiua dicit̃ infe-
rius respectu superioris.sicut spēs respectu generis. ⁊ indiuiduum respectu
spēi.et generaliter oīne minus ꝯmune respectu magis ꝯmunis.quod predi
catur essentialiter de ipso. Et dicit̃ pars subiectiua quia subijcit̃ suo totum
rōne subiecti. ¶ Sciendū tercio.ꝙ locus a toto vniuersali ad suā partem
subiectiuam est habitudo ipsius ad suam partem. Et nō tenet iste locus af
firmatiue. Cuius rō est.q꜊ totū vniuersale est ꝯmunius sua parte. ideo nō
oportet ꝙ si aliquid verificetur de ipso ꝯm ꝙ est in ꝑte eius. ꝙ ꝓpte hoc ve-
rificet̃ de ipso ꝯm ꝙ est in alijs partibꝫ.vt non sequit̃ asinus est animal. ergo
asinus est homo. Ideo nō valet iste locus ꝯstructiue.sed bene destructiue. ⁊
ꝯtinet duo argumenta ⁊ duas maximas ṗmo subijciēdo negatiue. vt ani-
mal non est lapis.ergo ⁊c. Maxima. Destructo toto vniuersali destruitur
quelibet eius pars. Secūdo predicando negatiue. vt lapis non est animal.
ergo lapis non est homo. Maxima. Remoto toto vniuersali remouet̃ ꝑs
subiectiua eius. ¶ Sciendum est quarto.ꝙ locus a parte subiectiua siue a
specie est habitudo eius ad suū totum.et non tenet iste locus negatiue. quia
ad negationem speciei non sequitur negatio generis.quia ipsa destructa ge
nus potest permanere in alijs speciebꝫ Sed tenet affirmatiue duobꝫ modis
Primo subijciendo partem affirmatiue. vt homo currit.ergo animal cur-
rit. Maxima. Quicquid predicatur de specie. ⁊ de genere. Secūdo predi
cando eam affirmatiue. vt sortes est homo.ergo sortes est animal. Maxi-
ma. De quocūq꜊ predicatur species. ⁊ suū genus. Cuius rō est.quia gen᷒
est superius essentiale.quod actu ⁊ intellectu cōtinetur in suo inferiori.ideo
quicquid verificatur de suo inferiori oportet necessario ꝙ verificetur de su-
periori eius quod in eo includit̃.et de quocūq꜊ verificet̃ inferius ⁊ superius
in eo contentum actualiter. Et per hoc patent loci a toto vniuersali ⁊ a par-
te subiectiua Contra predicta arguitur primo sic.superius essentiale est
pars sui inferioris.sicut genus est pars speciei.ergo tale vniuersale nō dici-
tur totum vniuersale.et sic male hic definitur totum vniuersale Secun
do sic.,quicquid predicat̃ de aliquo superiori etiam predicatur de suo inferi
ori. vt patet ꝑ regulam antepredicamentalem. Quando alterum de altero
predicatur ⁊c.ergo arguendo a superiori ad inferius bene tenet iste loc᷒ cō
structiue Tercio sic.non sequitur animal non currit.ergo homo nō cur-
rit.quia asino quiescente et homine currente antecedens erit verū et conse-

quens falsum. ergo arguendo a genere ad spēm siue a toto vniuersali ad suam ꝑtem nō tenet negatiue. ergo iste locus nō tenet destructiue Quarto sic. bene seqtur homo nō est albꝰ. ergo animal non est albū. quia ex opposito consequētis sequitur oppositū antecedentis. vt oīe animal est album. ergo oīs hō est albꝰ. ꝛ tamen arguit̄ a parte subiectiua ad suū totum negatiue Quinto sic. nō sequitur. sortes incipit currere. ergo incipit moueri. et tamen arguit̄ a specie ad genus affirmatiue. ergo locus a specie nō tenet affirmatiue Ad p̄mum dicitur. ꝙ superius essentiale ꝑm ꝙ contractum est in suo inferiori bene est pars essentialis eius. sed ꝑm ꝙ accipitur in sua cōmunitate sic dicit̄ totum vniuersale respectu ipsorum Ad secūdum dicitur ꝙ in predicatis essentialibꝰ ꝛ per se quicquid dicitur de superiori ꝛ inferiori eiꝰ. sed in predicatis accidentalibꝰ non oportet ꝓpter causam p̄us dictam Ideo locus a genere non tenet in omnibꝰ predicatis constructiue. et licet teneat in aliquibꝰ hoc non est solum virtute habitudinis generis ad speciem. sed virtute alterius habitudinis. scȝ generis ad aliud predicatum quod essentialiter sibi conuenit. et ideo p̄dicatur de suis inferioribꝰ in quibꝰ superius actualiter includitur Ad tertiū dicitur. ꝙ ibi non arguitur destructiue a toto vniuersali. eo ꝙ negatio non negat animal. sed negat illud predicatū currit de animali particulariter accepto. ideo ibi arguitur affirmatiue ꝛ nō valet ꝯsequentia. Ad quartum dicitur. ꝙ ibi arguitur affirmatiue ꝛ nō negatiue. qꝛ ibi hō nō negatur sed affirmatur album de homine. ideo non est bona consequentia Ad quintum dicitur. ꝙ ibi arguitur a specie ad genꝰ negatiue. eo ꝙ. incipit. includit negatōem. vt patȝ in expositione eius vt intantū valet dicere sortes incipit currere. sicut sortes modo nō currit. sȝ immediate post hoc curret.

Totum integrale est quoddā compositum ex partibꝰ habentibꝰ quātitatem. et pars eius dicit̄ pars integralis Pars integralis est que cū alijs partibꝰ constituit totū. Locus a toto integrali est habitudo totius integralis ad suam partem. Et est ꝯstructiuus semꝑ. vt domꝰ est. ergo paries est Locus a toto integrali Maxima. Posito toto integrali ponitur et q̄libet eius pars. Locus a parte integrali est habitudo ipsius ad suū totū. et est semꝑ destructiuus. vt paries non est. ergo domus non est. Locus a parte integrali Maxima Destructa parte integrali destruit̄ et suū totum

Postq̄ʒ autor determinauit de loco a toto vniuersali. Hic consequenter determinat de loco a toto integrali. primo ipsum sic definiens. Totum integrale est quoddam ꝯpositum ex partibꝰ habentibꝰ quantitateʒ. In qua definitione intelligitur ens loco generis. et ponitur ꝯpositum ad differentiam

partiũ simpliciũ. Et ponitur ex partib9 habentib9 q̃titatem. ad differentiã totius vniuersalis ⁊ totius potestatiui ⁊ alioꝝ totorum quorum nullum tale ꝯponitur sub tali ratione ex partib9 quãtitatiuis Unde in hoc differunt totum vniuersale. integrale. ⁊ potestatiuũ. quia totum vniuersale est totuz ſm essentiam in qualibet parte eius. Totum vero integrale nec est totũ ſm essentiam nec ſm virtutem in qualibet eius parte. Et totum potestatiuuz ſm totam eius essentiam adest cuilibet eius parti. non autẽ ſm eius virtutem. vt anima rõnalis respectu anime vegetatiue. sensitiue. ⁊ intellectiue ¶ Sciendũ ꝑmo ꝙ duplex est totum integrale. scꝫ homogenium. ⁊ eutrogeniũ. Totum homogeniũ est. qd̕ est eiusdem nature in omīb9 suis partib9 et quelibet pars suscipit ꝑdicatõem totius. vt est aer terra. ⁊ sic de alijs. vt quelibet pars aeris est aer. et quelibet pars terre est terra Et dr̕ homogeniũ ab homos grece quod est vnũ latine. ⁊ genios natura. quasi vnius nature in omnib9 suis partib9. Sed totum eutrogeniũ vel etrogenium est qd̕ est diuerse nature in omīb9 suis partib9. ⁊ nõ potest ꝑdicari de qualibet parte ei9. vt homo habet partes diuersarũ naturarũ. vt sunt carnes. sanguis. ossa. Et non potest ꝑdicari de ipsis in recto. Et dicit̕ eutrogenium ab etron vel ethron grece qd̕ est varium latine. ⁊ genios natura. quasi diuerse nature in omībus suis partib9. et de qualibet intelligit̕ predicta definitio ¶ Sciendũ secũdo. ꝙ pars integralis est pars quãtitatiua ꝯponens totuz integrale. ⁊ quãdoqꝫ vocat̕ pars integralis materialis. et pars q̃titatiua ſm diuersas rationes. Dicit̕ eñ materialis inq̃tum includit partem materie ipsius ꝯpositi Et dr̕ q̃titatiua. eo ꝙ includit q̃titatem. et est ꝯposita ex materia ⁊ q̃titate simul. Et dr̕ integralis ex eo ꝙ ex ipsa integrat̕ ⁊ perficitur suũ totum. et sic sunt eedem partes ſm substantiam que dicũtur materiales quãtitatiue et integrales. Et tales partes adhuc distinguũtur. q2 quedaꝫ sunt partes ꝑncipales totius. vt sunt ille sine quib9 ꝯpositũ nõ potest esse ⁊ de necessitate requirũtur ad esse totius. vt tectũ ⁊ fundamentuꝫ respectu domus. Alie sunt minus ꝑncipales que nõ sunt necessarie ad esse ꝯpositi. sed tm̃ ad bene esse. sine quib9 totũ potest existere. vt fenestre ⁊ ostium in domo. Et definitio intelligitur de omnib9 partib9. Sed locus a parte integrali solum sumit̕ a partib9 ꝑncipalib9. Et sil̕iter arguendo a toto ad ꝑtes oꝑtet arguere ad ꝑtes ꝑncipales ¶ Sciendũ tercio. ꝙ locus a toto integrali est habitudo ipsius ad suam partem integralem. ⁊ tenet affirmatiue. vt domus est ergo paries est. Maxima. Posito toto integrali ponit̕ quelibet pars eius. Cui9 rõ est. q2 totum integrale ꝯponitur ex suis partib9 integralib9. et ille necessario requirũtur ad esse totius. ergo posito ipso toto ponũtur partes eius. sed iste locus nõ tenet destructiue. q2 partes totius integralis ſm esse sunt priores suo toto. nec ab eo suscipiũt esse. ḡ destructo toto nõ oꝑtꝫ destruere ꝑtes ei9 ¶ Sciendũ quarto. ꝙ locus a ꝑte integrali est habitudo ipsius ad suũ totũ et tenet negatiue. vt paries nõ est. ergo domus nõ est. Maxima. destructa ꝑte integrali destruit̕ ei9 totũ. q2 destructo ꝑori destruit̕ posteri9 qd̕ ab eo suscipit eẽ. sꝫ totũ ĩtegrale ẽ posteri9 suis ꝑtib9 ⁊ ab ipsis sumit eẽ. ⁊ nõ tenet iste locus affirmatiue. Cui9 rõ est. q2 posito ꝑori qd̕ est in potentia ad posterius nõ est necesse ponere posterius. sed partes sunt in potentia ad totũ integrale ⁊ ꝑcedũt ipm̃. ideo posita parte nõ sequit̕ positio totius.

Tractatus quintus

Contra predicta arguit᷑ primo sic. hec oꝛo aial rōnale est quoddā totū integrale. ꝛ tn̄ nō ꝯponit᷑ ex partibꝫ q̄ntitatē habentibꝫ. ergo ꝯtra definitionē totius integralis Scd̄o sic. nō seq̄tur. domus valet centū libras. ergo paries ꝛ fundamentū. ergo locus iste nō tenet affirmatiue Tercio sic. totuꝫ integrale dat esse suis partibꝫ. qꝛ vnit ꝛ actuat suas partes. ergo destructo toto integrali destruūtur sue partes. ergo locus a toto integrali bene valet negatiue Quarto sic. nō seq̄tur. pes soꝛtis nō est. ergo soꝛtes nō est. ergo locus a pte integrali nō tenet negatiue Quinto sic. bene seq̄tur pars aque est. ergo aqua est. sil̄r pars panis est. ergo panis est. et tn̄ ibi arguit᷑ a parte integrali ad suū totū. ergo tenet affirmatiue Ad primū dicit᷑ q̄ illa oꝛatio nō dꝛ totū integrale ꝓprie ꝛ ƒm veritatē. sed tm̄ ƒm sil̄itudinē. eo q̄ integrat᷑ ex pluribꝫ vocibꝫ ƒcatiuis. ꝛ eo mō quo ponit᷑ totuꝫ integrale cōponit᷑ ex partibꝫ q̄ntitatem habentibꝫ ƒm sil̄itudinē. et eo mō dꝛ de pluribꝫ aliis entibꝫ rōnis. que hn̄t modū totius integralis. Ad secūdū dꝛ q̄ locus a toto integrali solum tenet ꝓprie q̄ntum ad existentiā totius ꝛ ptis respectu huius verbi est scd̄o adiacentis. ꝛ nō in ꝓpositōnibꝫ de est tercio adiacente. ideo nō bene arguit᷑ per istū locū. domus valet centū libras. ergo paries. nec econtra argueret᷑ a parte integrali. paries valet centū libras. ergo domus q̄uis ibi sit bona ꝯsequētia. et tenet p locū a minoꝛi ad maius. ꝛ nō in habitudine ad totū Ad terciū dꝛ. q̄ totū integrale bene dat esse totius ad esse cōe suis ptibꝫ. sed nō dat ipsis esse ꝓpꝛiū partiū. ideo toto destructo nō est necesse q̄ partes destruāt᷑ ƒm ꝓpꝛium esse ipsaꝝ Ad quartū dicit᷑ q̄ locus a pte integrali solū tenet arguendo a partibꝫ p̄ncipalibꝫ. mō pes soꝛtis nō est pars p̄ncipalis eius. ergo ibi nō debite arguit᷑ p locū a parte integrali Ad q̄ntū dꝛ q̄ licet bene seq̄tur. pars aque est ergo aqua est. hoc tn̄ nō est ꝓpter habitudinē partis integralis ad suū totū. sed ꝓpter habitudinem partis subiectiue ad suū totū vl'e. qꝛ in quolibet toto homogenio partes nō sunt solum q̄ntitatiue. sed etiā partes subiectiue. eo q̄ de illis p̄dicatur totum vt superius de inferioꝛi. ꝛ etiā totum homogeniū ƒm esse q̄ntitatiuū suū est totū integrale. sed ƒm eius essentiā que verificat᷑ de omnibꝫ partibꝫ eius est totuꝫ vl'e. et sic potest ibi sumi loc⁹ a toto vniuersali vel a toto integrali. similiter a parte subiectiua vel a parte integrali

Totū in quātitate est vl'e sumptuꝫ vniuersaliter. vt ois homo ꝛ nullus homo. Pars in quātitate est quodlibet inferius ꝯtentū sub illo toto vniuersali vniuersaliter sumpto. Locus a toto in q̄ntitate est habitudo ipsius ad suam partē. et est constructiu⁹ ꝛ destructiuus. Cōstructiue sic. omis hō currit. g̃ soꝛtes currit. Locus a toto in quātitate maxima. Quicquid p̄dicatur de toto in q̄ntitate etiā de qualibet eius parte. vl' sic Si vniuersalis est vera quelibet eius particularis erit vera

ergo in sole est caliditas. q⁊ antecedens est veruꝫ ⁊ ↄsequens falsum. ergo
locus ab effectu cause formalis nō tenet affirmatiue. Quinto sic. non
seq̄tur Homo nō est. ergo anima ratōnalis nō est. q⁊ homine mortuo re-
manet anima ratōnalis. ⁊ tamē ibi arguit̄ ab effectu cause formalis ad su-
am cām formalē. g̊ iste locus nō tenet negatiue. ☞ Ad ꝑmum dicit̄ ꝙ
licet ꝑma causa dat esse extrinsece ⁊ effectiue omni creature. nō tamen in-
trinsece ⁊ formaliter sicut intelligit̄ hic de causa formali. Ad scd̄m dicit̄
ꝙ si ponat̄ quātitas sine quanto. vel albedo sine albo vt in sacramento al
taris vbi accidētia existunt sine subiecto tunc quātitas nō est causa for-
malis ipius quanti. nec albedo albi. nec tūc arguit̄ a causa formali ad su-
um effectū. vn̄ quātitas nō hꝫ ibi suū effectū q̄ ē dare eē quātū Ad ter-
tium dr̄. ꝙ licꝫ generatio quantum ad denominatōnem habeat modum
forme respectu geniti. nō tamē est forma dans sibi esse ꝑm rem. sed est mu
tatio ⁊ via ad esse geniti. ideo nō arguit̄ ibi a causa formali. Ad quar-
tum dicit̄. ꝙ licet sol sit calidus effectiue. eo ꝙ efficit calorem in istis infer-
oribus. nō tamen est formaliter calidus. ⁊ eo modo quo est calidus. etiam
hoc modo in ipo reꝑitur caliditas. ⁊ quia est calidus effectiue. ideo calidi
tas est in ipo. vt in causa efficiente Ad q̄ntum dicit̄. ꝙ quando anima
seꝑata est a corpore nō existente hoīe. tunc ipa nō est causa formalis homi
nis in actu. sed ꝑm potentiā tantū. q⁊ nō dat sibi esse in actu. sed ꝑm potē
tiam tantū. ideo ibi nō arguit̄ ab effectu ad suam causam formalem.

Finis ē grā cuiꝰ aliq̄d fit. Locꝰ a cā finali ē habitudo ipi
us ad suū effectū. ⁊ ē ↄstructiuus ⁊ destructiuꝰ Constructiue
sic Beatitudo ē bona ergo virtus ē bona. Locus a causa fi-
nali. Maxima. cuius finis bonus est ipm quoqꝫ bonū est.

Deſtructiue ſic. Pena non eſt bona ergo peccatum non eſt
bonum. Locus a cauſa finali. Maxima. cuius cauſa mala
eſt ipm̄ quoqꝫ malum. E conuerſo autem eſt de loco ab effe-
ctu cauſe finalis.

Poſtqꝫ autoꝛ determinauit de loco a cauſa formali. hic ꝯſequēter deter-
minat de loco a cauſa finali. eo ꝙ cauſa finalis ſm̄ ſuum eſſe reale mediāte
forma acq̄ritur rōne cuius p̄mo diffinit finē dicens Finis eſt grā cuius
ſit aliquid ⁊ ratio eſt. qꝛ illud qđ trahit ⁊ mouet intentionem agentis ad
ꝓducendū effectū eſt gratia cuius aliq̄d fit. ſed finis mouet ⁊ trahit appe-
titum agentis ad ꝓducendū effectum rōne cuius dꝛ finis. qꝛ finit ⁊ termi-
nat intentōem agentis. ideo finis eſt gratia cuius fit aliquid. ⁊ in hoc dif-
fert a ceteris cauſis. qꝛ nulla aliarū cauſaꝝ termīat intentōem agentis. ſꝫ
ſolum id qđ habet rōnem finis. ¶ Sciendū primo. ꝙ finis poteſt du-
pliciter ꝯſiderari Uno modo pro termīo duratōis alicuius rei. vt moꝛt di-
citur finis hoīs. qꝛ finit duratiōem vite ſue. ⁊ ſic finis non eſt cauſa nec ita
capitur hic. Alioꝰ capit̄ finis pro illo quod finit intētōnem agentis in ꝓ-
ducendo effectum ⁊ eſt bonū ꝯſequēs ipm̄ effectū. ⁊ hoc modo eſt cauſa
et ſic capitur hic. et ſic diſtinguit̄. qꝛ quidaꝫ finis eſt quo quis oꝛdinat̄ ad
vlterioꝛē finem ꝯſequendū. Et reſpectu p̄cedentiū dꝛ finis. ⁊ reſpectu ſe-
quentiū que īmediate ipm̄ ꝯſequūtur dꝛ finis quo. vt pecunia acq̄ſita per
multa media dꝛ finis coꝝ. ⁊ vt valet ad alios fines dicit̄ finis quo. Alius
eſt finis gratia cuius qui vltimo eſt acquiſitus. et eſt cauſa medioꝝ p̄ce-
dentiū. ⁊ vtriqꝫ iſtoꝝ finiū cōuenit diffinitio finis. cū ambo p̄nt dici finis
gratia cuius medioꝝ p̄cedentiū vt pecunia acquiſita ꝑ multa media dicit̄
finis illoꝝ mediorū. ſed vt valet ad alios fines dꝛ finis quo vnde ideꝫ ma-
terialiter poteſt dici finis quo ⁊ finis gratia cuius reſpectu diuerſoꝛum

Sciendum ſcđo. ꝙ locus a cauſa finali eſt habitudo ipſius ad ſuū effe-
ctū ⁊ tenet affirmatiue ſic. beatitudo eſt bona. ergo virtus eſt bona Ma-
xima. cuius finis bonus eſt. ipm̄ quoqꝫ bonuꝫ eſt. cuius rō eſt. qꝛ bonitas
rei ſumit̄ ex bonitate finis. ⁊ eadē eſt bonitas finis ⁊ medioꝝ oꝛdinatoꝛuꝫ
in finē. ⁊ ſic eſt bonus media ſunt bona. ſed tenet negatiue ſic. Interfectio
hoīs eſt mala. ergo gladius eſt malus. Maxima. cuius finis malus eſt
ipm̄ quoqꝫ malū eſt. ſed ꝯtra locus ab effectu cā finalis eſt habitudo ipiꝰ
ad ſuā cauſam. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. ⁊ pōt argui ꝑ ipm̄ capiēdo
argumenta ⁊ maximas ſupius poſitas ¶ Sciēdū eſt tertio. ꝙ finis p̄t ca-
pi dupl̄r. Uno mō materialiter ſm̄ illud qđ eſt ⁊ non per reſpectū ad me-
dia quorū eſt finis. Alio modo ꝯſiderat̄ formaliter in rōne finientis. ⁊ ſic
importat reſpectum ad media ad ipm̄. ⁊ hoc modo bonitas finis rōne fi-
nientis includit bonitatem eorum que oꝛdinant̄ in ipm̄. ⁊ arguendo ꝑ lo-
cum a cā finali nō ſufficit ꝙ finis ſm̄ ſe ſit bonus ad inferendū bonitateꝫ
effectus. ſed requirit̄ ꝙ ſit bonus in rōne finientis ſeu finis. qꝛ ſolū illo mo-
do habet rōnem cauſe finalis. Sciendū quarto. ꝙ effectus cauſe fina-
lis eſt mediū oꝛdinatum ad aliquem finē. vt v̄tus oꝛdinat̄ ad beatitudinē

sed duplicia sunt media ordinata in finē. qꝛ quedaʒ sunt media ordinata ꝑ se. alia vero ordinata ꝑ accidens. Media ꝑ se ordinata sunt illa sine q̇bꝫ finis acquiri nō potest. sicut est virtus respectu beatitudinis. Media vero ꝑ accidens sunt illa sine quibꝫ finis acq̇ri potest. vt inebriatio respectu sanitatis. que q̄doqꝫ accidentaliter est mediū acq̇rendi sanitateʒ. q̄ tñ acq̇ri p̄t absqꝫ inebriatōe. ⁊ locus ab effectu cause finalis solū tenet in medijs ꝑ se ⁊ non ꝑ accidens. nō em̄ sequit̄ inebriatio est mala. ergo sanitas ē mala. ¶ Contra predicta arguit̄ p̄mo sic. nullū maluʒ est finis. cū finis habeat rōem boni cū est appetibilis ab efficiente. ⁊ tñ aliq̄d malū est gratia cuius aliquid fit. vt interfectio innocentis. ergo ista diffinitio cōuenit alijs a diffinito. Scd̄o sic. Non seq̇t̄ elemosina est bona. ergo furari ad dandū elemosinā est bonū. ⁊ tñ arguit̄ a cā finali affirmatiue. ergo ⁊c̄.

Tertio sic. Non sequit̄ sectio non est. ergo securis non est. qꝛ an̄s potest esse verū ꝯsequente exn̄te falso. ergo locus a cā finali non tenet negatiue. Antecedens p̄ʒ. qꝛ illius ꝯseq̄tie an̄s p̄t esse verū ꝯn̄te existente falso.

Quarto sic. bonitas finis non depēdent a bonitate medioꝝ. ergo ad bonitatē medioꝝ non seq̇tur bonitas finis. ⁊ sic locus ab effectu cause finalis nō tenet affirmatiue. Quinto sic. non sequit̄ homo est malus. ergo beatitudo est mala. ⁊ tñ arguit̄ ab effectu cause finalis ad cām finalem qꝛ hō ꝓductus est ꝓpter btitudinē acq̇rendā. ergo talis locus nō tenet negatiue. ¶ Ad primū dicit̄. ꝙ licet nullū malū sub rōe mali sit finis. tamē malum inq̄ꝫtū est apparens bonū habet rōeʒ finis. et appetibilis ⁊ gratia cuius aliquid fit. ergo hec diffinitio non cōuenit alijs a diffinito. Ad scd̄m d̄r ꝙ licet elemosina ẜm se sit bona. tamē elemosyna ex furto non est bona. qꝛ non est acq̇sita ꝑ debita media. Ad tertium dicit̄. ꝙ locus a causa finali non tenet respectu huius p̄dicati esse ⁊ nō esse. sed solū respectu horum p̄dicatorū bonū et malū. qꝛ finis ⁊ effectꝰ eius solū habēt conuenientiā q̄ꝫtum ad bonitatē cū eadē sit bonitas finis ⁊ effectꝰ eius. nam finis q̄ꝫtum ad esse est extrinsecus effectui. Ad quartum dicit̄. ꝙ bonitas finis nō dependet ex bonitate mediorū in genere cause finalis. tamen effectiue depēdet ab ip̄is. ⁊ dato ꝙ nō causaret̄ ab ip̄is. tñ illatiue posset sequi ex bonitate medioꝝ eo ꝙ media capiunt bonitatē a fine ¶ Ad quintum d̄r. ꝙ beatitudo solū est cā finalis hoīs ꝟtuosi qui ordinatur ad ip̄m et non viciosi qui recedit ⁊ deuiat a beatitudine. ideo ibi non arguitur ab effectu cause finalis.

Generatio est progressio a non esse ad esse. Locus a generatione est habitudo ipsius generationis ad suum generatum. et est constructiuus et destructiuus. Constructiue sic arguitur. generatio domus est bona. ergo domus est bona. Locus a generatione maxima. Cuius generatio bona est. ipsum quoqꝫ bonum est. Destructiue sic. Generatio latronum est mala. ergo latro est malus. Locus a ge

neratōe Maxima. cuius generatio mala est ipm quoqꝫ gene
ratū malū est. Econuerso aūt est de loco a gn̄ate. Corruptio est
ꝓgressio ab eē ad nō esse. Locus a corruptione est habitudo
corruptōis ad corruptū. et est ꝯstructiuꝰ et destructiuꝰ. Cō
structiue arguit̄ sic Corruptio antichristi est bona. ergo anti
christus est malꝰ Locus a corruptione maxima. Cuius cor
ruptio bona est. ipsum quoqꝫ corruptū malum est Constru/
ctiue sic. corruptio domus est mala. ergo domus est bona.
Maxima Cuius corruptio mala est. ipm quoqꝫ bonum est
econuerso est de loco a corrupto.

Postq̄ autor determīauit de loco a cā z effectu. hic ꝑn̄r determinat de
loco a generatōne z corruptōe. z ṗus de loco a generatione. q2 generatio
habet se vt habitus. corruptio vero vt ṗuatio. Ratione cuius ṗmo diffi
nit generatōem dicēs. Generatio est ꝓgressio a nō esse ad esse. et capit̄ hic
ꝓgressio general'r ꝓ mutatōe in cōi z nō specialiter ꝓ motu ꝓgressiuo aīa
lis. Et ponitur ꝓgressio loco generis. Et ponit̄ de nō esse ad esse ad ex/
plicandū terminos generatōis. q2 nō esse est terminus a quo. z esse termi/
nus ad quē modo omnis motus z mutatio hꝫ cognosci ꝑ suos termīos
et potissime ꝑ suū terminū ad quē a quo capit spēm. et ponūtur illi termi/
ni ad drām aliaꝝ speꝝ motus. ¶ Sciēdū ṗmo. ꝙ generatio dupliciter
capit̄. Uno° gn̄aliter ꝓ quocūqꝫ mutatōe de non esse ad eē. siue sit ad eē
substantie siue accn̄tis. z hoc ꝯuenit tam substātijs q̄ȝ accidentibꝫ. Et
sic generatio substātie est generatio simpliciter dicta. generatio vero acci
dentis est generatio ṡm quid. Alio modo capitur specialiter prout est
mutatio de non esse substātie ad esse substantie. z sic solū repit̄ in substan
tijs. Hic autē accipitur generaliter tam pro generatōne substātie q̄ȝ ac/
cidentis. z ab vtroqꝫ tenet locus a generatōe. z vtriqꝫ conuenit diffinitio
generatōis ṗus posita. licet ꝑ ṗus ꝯueniat gn̄atōni substātie q̄ȝ accn̄tis.
¶ Sciēduꝫ scd̄o. ꝙ locus a generatōe ē habitudo gn̄atōis ad suū genera
tum. Et tenet affirmatiue sic. gn̄atio domus ē bona. g͂ domus est bona.
Maxima Cuius gn̄atio ē bona. ipm quoqꝫ bonū est Et rō ē. q2 gn̄atio
intrīsece termīat̄ ad eē geniti. Ideo si gn̄atio sit bona ex ꝑte eē geniti opor
tet ꝙ genitū sit bonum. z ecōtra si genitū sit bonū. gn̄atio erit bona. z si sit
malū erit mala eo ꝙ dicūt vnū z idē esse. sꝫ drn̄t. q2 gn̄atio importat ipsuꝫ
esse in fieri. genitū ꝟo in facto esse. Sꝫ tenet negatiue sic. gn̄atio latronis ē
mala. ergo latro est malus. Maxima. cuius generatio mala est ipm quo
qꝫ malum. z ꝓportionabiliter ṗt diffiniri locus a gn̄ato qui tenet sicut lo/
cus a generatione producendo generatum.
Sciendū tertio. ꝙ corruptio est progressio de esse ad non esse. vt corru/

ptio fortis est ꝓgressio de suo esse in nõ esse eius. et capit̃ hic ꝓgressio in cõi
pro mutatõne que ponitur pro genere. Deinde ponit̃ de esse ad non esse.
qꝛ esse est terminus a quo corruptionis. ⁊ non esse est terminus ad quem.
et ab illo nõ esse corruptio capit suã spẽm ⁊ dr̃ãm. et qꝛ non esse rei est op
positum ipsi esse rei. ideo corruptio que essentialiter importat non esse est
quodãmodo opposita rei que corrũpitur. Et inde est ꝙ arguit̃ respectu
diuersoꝝ predicatoꝝ a corruptione ad corruptũ. licet in loco a generatiõe
sꝑ arguat̃ respectu eiusdem p̃dicati in antecedente ⁊ cõsequente

¶ Sciendũ quarto. ꝙ locus a corruptione est habitudo ipius ad corrup-
tum. ⁊ tenet affirmatiue ⁊ negatiue. affirmatiue sic Corruptio antichristi
est bona. g̃ antichristus est malus. Maxima Cuius corruptio bona est
ipm quoqȝ malum est. Cuius ratio est. qꝛ corruptio ⁊ corruptũ opponunt̃
inter se ex ꝯñti ⁊ ꝑ accidẽs sicut ens ⁊ nõ ens. modo si vnũ oppositorum
sit bonũ reliquum erit malũ Sed negatiue sic. corruptio domus est mala
ergo domus est bona Maxima Cuius corruptio mala est. ipm quoqȝ bo
num est. qꝛ corruptio nõ dr̃ mala nisi inq̃ꝫtũ opponit̃ bono ⁊ ẽ corruptiua
boni. Sed locus a corrupto est habitudo ipsius ad suã corruptiõem. ⁊ te
net affirmatiue ⁊ negatiue sicut in loco a corruptõe Et in eo silr̃ formant̃
argumenta ⁊ maxime sicut in loco a corruptione

☞ Contra p̃dicta arguit̃ primo sic. Generatio domus p̃t esse domo
non existẽte. g̃ si generatio domus sit bona non sequit̃ ꝙ domus est bona.
cum domus nondũ sit. ergo non sequit̃ affirmatiue ꝑ locum a generatiõe
generatio domus est bona. ergo domus est bona ¶ Secundo sic. Nõ se-
quit̃. latro est malus ergo generatio eius est mala. qꝛ potest stare ꝙ habe-
at ꝑfectam generatõem. ergo locus a generatione non tenet negatiue.

Tertio sic. corruptio opponitur corrupto. et tenet locus a corruptione
rõne disconuenientie corruptionis ad corruptum et non gratia conueni-
entie. ergo ille locus est extrinsecus cum terminus inferens sit extrinsecus
termino illato. ⁊ ita h̃ male ordinatur inter locos intrinsecos.

¶ Quarto sic. Non sequitur. corruptio christi fuit bona. ergo christus
fuit malus. cũ añs sit verũ ⁊ ꝯsequẽs falsum. ergo locus a corruptõe non
tenet affirmatiue Quinto sic. Non sequit̃ antichristus non est bonus.
ergo corruptio antichristi non est bona cũ añs sit verũ ꝯsequens falsum. ⁊
tamẽ ibi arguit̃ negatiue a corrupto ad corruptõem. ergo ille locus nõ te
net negatiue ☞ Ad p̃mũ dicit̃. ꝙ quãdo generatio domus vel cuius-
cunqȝ rei precedit genitũ ipsum. ipsa non est bona nisi bonitate finis. et in
aptitudine tm̃. qꝛ solum habet bonitatem in actu ab esse geniti. et eo mõ
quo ipsa est bona in aptitudine etiam genitũ. ⁊ silr̃ quando genitũ in actu
est bonũ. generatio est bona in actu. eo ꝙ genitum includit esse quod est
terminus intrinsecus generatõnis. rõ cuius ipsa potest dici bona

¶ Ad secũdum dicitur. ꝙ licet homo malus possit habere generationem
perfectam q̃ꝫtum ad bonitatem forme ⁊ modi generatõnis. tñ nunqȝ p̃t
habere bonã generatõem ex ꝑte opatõnis ⁊ finis. ⁊ de illa solum hic in-
telligitur. ¶ Ad tertium dicitur. ꝙ licet locus a corruptione simplici-
ter est extrinsecus. qꝛ tenet gratia disconuenientie termini inferentis cum
termĩo illato quod sufficit ad locum extrinsecũ. ⁊ habet reduci ad locuȝ a

ꝯtradictorie oppositis. tñ ꝓpter ꝯuenientiã generatõis ꝛ corruptiõis iste locus enumerat̃ inter locos intrinsecos Ad quartũ dr̃. lʒ corruptio xp̃i fuerat bona ꝑ accñs. ꝛ quo ad nos. nõ tñ fuit ₰m se bona ꝛ inquantũ fuit destructiua vite xp̃i. iõ in rõe corruptõis ꝛ ꝑ respectũ ad corruptũ nõ fuit bona. Et in illis locis debet argui de bonitate vel malicia q̃ ꝯuenit per se corruptõi vel corrupto. ꝛ nõ de bonitate vel malicia q̃ ꝯuenit eis ꝑ accñs. Ad q̇ntũ dr̃. q̃ ꝯsequẽtia nõ valet qꝛ nõ ponit̃ ipm corruptũ in añcedẽte. qꝛ illa negatiua antixp̃us nõ ẽ bonꝰ de se nihil importat. Sed bene sequeretur antixp̃us est malus. ergo corruptio eius est bona in aptitudine

V Sus vt hic sumit̃ est opatio rei siue exercitiũ ipiꝰ vt equitare equi ꝛ secare securis. Locus ab vsibꝫ est habitudo ipsius opationis ad id cuius est opatio siue vsus. ꝛ est constructiuus ꝛ destructiuus. Constructiue arguitur sic. equitare est bonum. ergo equus est bonus. Locus ab vsibus. Maxima. cuius vsus bonus est. ipsum quoqꝫ bonũ est. Destructiue sic. occidere hominẽ maluʒ est ergo occisor malus est. Locus ab vsibus. Maxima. cuius vsus malus est. ipm quoqꝫ vsitatũ malũ est. Ecõtra de loco ab vsitato. Cõmuniter accidẽtia sunt duplicia. Quedã eñi sunt q̃ aliquãdo se ꝯsequunt̃ ꝛ aliquãdo nõ. vt comptus et adulter. ꝛ ab his nõ sumit̃ locus dyaleticus ſʒ sophisticus. Alia sunt quorũ vnũ sempꝫ sequit̃ ad aliud. vt penitere sequitur ad deliquisse. ꝛ ab his sumitur locus dyaleticus. ꝛ tenet cõstructiue ꝛ destructiue. Cõstructiue sic. iste penitet. ergo deliquit. Locus a cõmuniter accidẽtibꝫ. Maxima. si cõmuniter accidentiũ posterius inest. ꝛ ꝑmum infuit. Destructiue sic. iste nõ deliquit ergo nõ penitet. Locus a cõmuniter accidentibus. Maxima. si cõmuniter accidentiũ prius nõ inest. ꝛ posterius non inerit.

Postq̃ȝ autor determĩauit de loco a generatõe ꝛ corruptõe. hic ꝯñr determinat de locis ab vsibꝫ ꝛ cõmuniter accidentibꝫ. ratõne cuius primo diffinit vsum dicens. Usus est opatio siue exercitiũ ipius rei sicut secare est vsus securis ꝛ equitare equi. Cuius ratio est. quia vsus est quo vtens

vtitur re vsitata vel instrumēto. ideo dicit᷑ vsus ab vtor vteris. sed opatio
et exercitium ipius rei est illud quo agens pncipale vtit᷑ suis instrumētis
vt secare est quo hō vtit᷑ securi. iō vsus dr ꝯueniēter opatio siue exercitiū
rei. ¶ Sciendū pmo. q̄ vsus pt capi dupl'r. Uno mō special'r solū p opa
tione rei in qua agens pncipale vtit᷑ suis instrumētis. Alio mō general'r
p quacūq; opatōe alicuius rei ad quā ipa res ordinat᷑ ꝛ hoc mō hic accipit᷑
vñ vsus pt cōparari ad duo. Uno mō p respectū ad vtentē. Alio mō p re
spectū ad rē vsitatā cuius dr vsus. vt secare qd ē vsus securis pt cōpari ad
hoiem vtentē ipa securi ꝛ ad ipam securim. Uñ p cōpatōem vsus ad rē
vsitatā sumit᷑ locus dyaleticus q̄ dr ab vsib ꝛ nō p cōpatōem eius ad ipm
vtentē. eo q̄ vsus hz maiorē ꝯuenientiā cū re vsitata q̄ cū re vtente. Nō
em̄ seqtur eqtare est bonū. g hō eqtans est bonus. nec ecōtra. ¶ Scien-
dum scdo. q̄ locus ab vsibus est habitudo vsus ad vsitatū. ꝛ tenet affir-
matiue sic. Secare est bonū. ergo securis est bona. Maxima cuius vsus
est bonus. ꝛ vsitatum est bonū. Ratio est q2 oīe ens pductū est pter suā
opatōem ꝛ denominat᷑ bonum pter bonitatē sui opis. q2 illa est bonitas
sui finis in executōne. ideo si vsus seu opatio rei sit bona ꝛ vsitatū erit bo
num. ꝛ tenet negatiue sic Occidere malū est. ergo occisor est malus. Ma
xima. Cuius vsus malus est ꝛ vsitatū est malum. ꝛ dicitur iste locus ab
vsibus in plurali ꝛ nō ab vsu in singulari. eo q̄ vnius rei bene sunt plures
vsus siue opatōes a q̄bus potest argui vt dicendo. equitare est bonū tra-
here aratrū est bonum ꝛ sic de alijs vsibus equi. ergo equus est bonus. Nō
tamē oportet in quolibet argumēto ponere plures vsus. Sz locus ab vsi
tato est habitudo ipius ad suū vsum. ꝛ tenet affirmatiue ꝛ negatiue sicut
locus ab vsu. ¶ Sciendū tertio. q̄ duplicia sunt cōmunit᷑ accidētia. q̄
dam em̄ sunt q̄ tm̄ ꝯtingēter ꝛ nō sp se ꝯsequunt᷑. vt in hoīe bonū magnū
forte ꝛ alia. Alia sunt q̄ semp ꝛ necessario se ꝯsequunt᷑ cōuertibiliter. vt
in hoīe risibile ꝛ flebile. ꝛ in brutis habere cornua. ꝛ nō habere dentes in
supiori mādibula. Alia vero se ꝯsequūt᷑ necessario. sz nō ꝯuertibiliter. vt
delinquere ꝛ penitere. Uñ talia dicunt᷑ cōmuniter accidētia. q2 simul plu-
ra talia accidunt vni. vnde a cōmuniter accidentibus q̄ necessario se conse-
quunt᷑ sumit᷑ locus dyaleticus Nō aūt ab alijs q̄ ꝯtingēter se ꝯsequunt᷑ a
q̄bus sumit᷑ locus sophisticus. ¶ Sciendū quarto q̄ locus a cōmuniter acci
dentibus ē habitudo vnius cōmuniter accidentiū ad reliquū ꝛ in acciden-
tibus q̄ se inuicē ꝯsequunt᷑ ꝯuertibiliter tenz affirmatiue ꝛ negatiue ab vtro
q; ad alterū. vt risibile est. ergo flebile est. Maxima. posito vno cōmuniter
accidentiū ꝯsequentiū se ꝯuertibil'r ponit᷑ ꝛ reliquū. Negatiue sic. Risibi
le nō est. g flebile nō est. Maxima. destructo vno cōmuniter accidentium
ꝯuertibiliū destruit᷑ ꝛ reliquū. ꝛ in his q̄ se ꝯsequunt᷑ necessario ꝛ nō ꝯuer
tibiliter tenet iste locus affirmatiue a posteriori ad pus. vt iste penitet. er
go peccauit. Maxima. si vnū cōmuniter accidentiū posterius insit opor-
tet pmum infuisse. sed arguēdo a pori ad posterius. tenet negatiue ꝛ non
affirmatiue. q2 posito pori nō oportz posterius poni negatiue. sicut iste nō
peccauit. ergo nō penitet. Maxima. Destructo priori cōmuniter accidē
tium destruitur ꝛ posterius. ¶ Contra pdicta arguitur primo sic. In-
telligere vel velle est operatio hominis. ꝛ nō est vsus. ergo diffinitio non

conuenit soli diffinito. Secūdo sic. Usus vel operatio rei est causa finalis ipius rei. qr est gratia cuius res fit. Quia vnūquodqʒ productum fit propter suam operatõem. ergo locus ab vsu est locus a causa finali. ergo male ponitur iste locus ab aliis distinctus. Tertio sic. Nõ seqtur. eqtare est bonum. ergo equus claudus est bonus. ⁊ ibi arguit ab vsu ad vsitatũ affirmatiue. ğ iste locus nõ tenʒ affirmatiue Quarto sic. nõ seqr deus penituit. ergo peccauit. quia antecedens est verum cum ipe dixit. penitet me fecisse hominē. ⁊ ꝯsequens falsum. ergo locus a cõmuniter accidentibꝫ nõ tenet affirmatiue Quinto sic. Non sequitur. beata virgo nõ peccauit. ergo nõ penituit. ⁊ similiter de multis sanctis. ergo locꝰ a cõmuniter accidentibꝫ nõ tenet negatiue a priori ad posterius. ☞ Ad pmū dicit. qr si capiat vsus ꝓprie ꝑ opatõne qua vtens vtitur re opata. sic intellectio hominis nõ est vsus eius. sed si capiatur generalr pro quacūqʒ opatione rei ad quam res ipa ordinatur. tunc aliquo modo potest dici vsus. et isto modo capit hic. Ad scõm dicit. qr licʒ vsus rei ꝺm esse in intētione agentis sit causa finalis respectu rei. tñ ꝺm esse in executõne est effectus et opatio rei vsitate. ⁊ hoc modo sumit locus ab vsibꝫ q̇ ꝯuenienter distinguit a causa finali Ad tertiū dicit. qr eqtare in cõmuni nõ est vsus equi claudi vel ceci. sed est vsus equi in cõmuni. ideo nõ bene arguit ab vsu ad vsitatum sed debet sic argui. eqtare equi claudi est bonū. ğ equus claudꝰ est bonꝰ ⁊ ꝯñs est falsum sicut ⁊ añs. Ad quartū dr. qr si capiat penitere proprie vt est penitentiam agere pro peccato commisso volūtarie sic deus nõ penituit. sed si capiat ꝺm silitudinē. put est dolere de aliquo. sic deꝰ penituit ⁊ hoc mõ nõ sumit hic sed pmo modo. Ad qntum dr. qr licet beata virgo ⁊ multi alij nõ peccauerunt in ꝓpria ꝑsona. tamē peccauerūt ꝓmi parentes eoꝝ ratõne quoꝝ penituerūt.

Equit de locis extrinsecis Quid aūt sit locus extrinsecus dictuʒ est prius. Locorū aūt extrinsecorū. alius est ab oppositis. alius a maiori. alius a minori. alius a simili. alius a proportõne. alius a transumptõne. alius ab autoritate. Item oppositorū quattuor sunt spēs. scʒ relatio cõtrarietas priuatio ⁊ ꝯtradictio. Relatiue opposita sunt quorum alterū sine altero nõ potest esse Locus a relatiuis est habitudo vnius relatiuorū ad aliud. ⁊ est ꝯstructiuus ⁊ destructiuus. Cõstructiue sic. pater ē ergo filiꝰ ē. ⁊ filiꝰ ē ergo pater ē. Locꝰ a relatiuis. Maxima. posito vno relatiuorū necessario ponit ⁊ reliquū. Destructiue sic. pater nõ est. ğ filiꝰ nõ est et ecõuerso. Maxima. remoto vno relatiuorum. remouetur

et reliquum. Locus vero a relatiue oppositis tenet solũ de/
structiue sic sortes est pater platonis. ergo nõ ẽ filius eius

Postq̃ autor determinauit de locis intrinsecis. Hic ꝯñr determinat
determinat de locis extrinsecis. Cui⁹ rõ ẽ. q: loc⁹ ẽ habitudo termini infe
rentis ad terminũ illatũ. sed locus intrinsecus dr ꝑfectiorem habitudinẽ
duoꝝ terminoꝝ q̃ extrinsecus. Jdeo locus intrinsecus ꝑus ponitur. ⁊ q:
opposita iuxta se posita magis elucescũt ⁊ de vno habet̃ clarior cognitio ꝑ
iuxta positõem alterius. ⁊ olcus intrinsecus ⁊ extrinsecus opponunt̃ ideo
post locos intrinsecos ꝯueniẽter aut. imediate determinat de locis extrin
secis. Et ꝑsupposita diffinitõe loci extrinseci prius posita diuidit locũ ex
trinsecum ꝑ locũ ab oppositis a maiori. a minori. a ꝓportione. a trãsumpti
one. ⁊ ab autoritate. quoꝝ diffinitões ⁊ differẽtie satis patebunt inferi⁹
¶ Sciendũ ꝑmo. q locus extrinsecus est. qñ terminus inferẽs est extra
substantiaꝫ termini illati. Et ratõne dñtie illoꝝ terminoꝝ sumit̃ virtus
ꝓbatiua argumenti. sed in locis ab oppositis veriori mõ terminus inferẽs
est extra substantiã termini illati. Jdeo inter istos locos extrinsecos pri⁹
determinat de locis ab oppositis. q: illi verius ꝑticipant ratõnem loci ex/
trinseci. Et est locus ab oppositis habitudo vnius oppositoꝝ ad reliquũ
Jdeo habꝫ diuidi ſm diuisionẽ oppositoꝝ ⁊ ratõne ipsaꝝ oppositionũ. ra
tione cuius diuidit hic oppositõem in quattuor spẽs. s. i oppositiõem relati
uam. ꝯtrariã. ꝑuatiuã. ⁊ ꝯtradictoriã. Cui⁹ diuisionis sufficiẽtia ⁊ diffi/
nitiões mẽbroꝝ satis patẽt in post ꝑdicamẽtꝭ. ⁊ eodẽ mõ sumunt̃ q̃tuor
spẽs oppositoꝝ. q: q̃dã sunt relatiua. q̃dã ꝯtraria. quedã ꝑuatiua. q̃dã cõ
tradictoria. Et inter ista tria determinat ꝑmo de relatiuis ⁊ de loco sum/
pto ab ipis. ¶ Sciendũ scdo. q relatiua sunt quoꝝ totũ esse est ad aliud
se habere ⁊ esse vnius totũ refertur ad aliud ⁊ econtra ⁊ pñt dupl'r ꝯside/
rari. Vno mõ inquantũ referunt̃ inter se ⁊ sil' ponunt̃ in eẽ ⁊ stant sub for/
ma relatõnis. ⁊ hoc mõ sunt sil' natura. Et sic ab ipis sumit̃ locus a rela/
tiuis ⁊ nõ locus a relatiue oppositis. Alio modo ꝯsiderant̃ inquantũ hñt
inter se repugnantiã ad esse simul in eodẽ subiecto respectu eiusdeꝫ. ⁊ hoc
mõ dicunt̃ relatiue opposita. ⁊ ab ipis sumit̃ locus a relatiue oppositis
¶ Sciendũ tertio. q locus a relatiuis est habitudo vnius relatiui ad re/
liquum. Et tenet affirmatiue sic. pater est ergo filius ẽ. Maxima. posito
vno relatiuoꝝ ponit̃ ⁊ reliquũ. Cuius rõ ẽ. q: totũ esse vnius relatiui ẽ ad
aliud se habere. ergo ad hoc q vnũ relatiuũ ponat̃ ⁊ habeat eẽ oportꝫ suũ
correlatiuũ esse ad qḋ refert̃. ideo posito vno necessario ponit̃ ⁊ reliquum.
Negatiue sic. pater nõ est. ergo filius nõ ẽ. Maxima. destructo vno rela/
tiuoꝝ destruit̃ ⁊ reliquũ. Relatiua eñ posita se ponunt ⁊ ꝑempta se peri
munt. ¶ Sciendũ quarto. q locus a relatiue oppositis ẽ habitudo vni⁹
relatiue oppositoꝝ ad reliquum. Et tenet affirmatiue sic. sortes est pater
platonis ergo nõ est filius eiusdem. Maxima. posito vno relatiue oppo/
sitoꝝ in aliquo subiecto ab eodem remouet̃ reliquũ. eo q relatiue opposita
nunq̃ ꝑmittũt se in eodẽ subiecto respectu eiusdẽ ⁊ inquãtũ opposita sunt
Sꝫ iste locus nõ tenet negatiue a negatõne vnius relatiue oppositoꝝ de
vno subiecto ad affirmatõeꝫ alteri⁹ q: nõ seq̃tur. sortes nõ ẽ fili⁹ platonis

ergo est pater eius. ⁊ iste locus a relatiue oppositis ē simplr̄ extrinsecus. q͛ ibi sumit̄ virtus ꝓbatiua ratōe discōueniētie termini inferētis cū termino illato. ⁊ locꝰ a relatiuis ꝺm aliquos ponit̄ extrinsecꝰ. eo ꝙ vnū relatiuoꝝ ꝺm eē ē extrinsecū alteri. Sed ꝺm aliquos ponit̄ intrinsecus. eo ꝙ terminus inferēs infert terminū illatū ratōe ꝯueniētie eoꝝ in eē ⁊ sub forma relatōis. ⁊ h̄ꝫ reduci ad locū a diffinitōe. q͛ vnū relatiuoꝝ ē de diffinitōe alterius. ⁊ vt dicunt ponit̄ hic solū ratōe ꝯueniētie relatiuoꝝ ⁊ relatiue oppositoꝝ. ⁊ vtraqꝫ ꝑs est satis ꝓbabilis. ¶ Contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic In omi loco dyaletico terminꝰ inferēs debet inferre terminū illatū. sꝫ vnū oppositoꝝ nō infert aliud. sꝫ īportat destructōem alterius g͂ nullꝰ ē locus ab oppositis quod ē ꝯtra diuisionē loci extrinseci Scd̄o sic. Maius dicitur relatiue ad minus. ⁊ simile ad simile. ergo locus a maiori ⁊ minori et a simili sunt loci a relatiue oppositis ⁊ sic diuisio predicta est insufficiens. Tertio sic. in loco dyaletico est habitudo antecedētis ad cōsequens. et termini inferentis ad terminū illatū. sed ans̄ ⁊ ꝯsequens sunt relatiua inter se. ergo om̄is locus est a relatiue oppositis. ⁊ sic male ponit̄ locus distinctus ab aliis. Quarto sic. Nō seq̄tur pater sortis nō ē. g͂ filiꝰ sortis nō est. g͂ locꝰ a relatiuis nō tenet negatiue. ꝯn̄a tenet q͛ pater in cōi ⁊ filiꝰ dicunt̄ correlatiue. ⁊ sic arguit̄ a relatiuis. Quinto sic. nō seq̄tur. sortes ē pater platonis. g͂ nō ē filiꝰ hoīs ⁊ ibi arguit̄ a relatiue oppositis affirmatiue. g͂ iste locus nō valet affirmatiue. ☞ Ad p̄mū dr̄. ꝙ vnū relatiuorū oppositoꝝ nō infert aliud affirmatiue sꝫ negatiue. eo ꝙ vnū includit negatiōnē alterius. id̄o posito vno in aliquo subiecto destruitur aliud respectu eiusdem subiecti. Ad secūdū dicitur ꝙ licet maius dicatur correlatiue ad minꝰ si'e ad si'e. tn̄ i loco a maiori. ⁊ minori ⁊ a si'li nō sumit̄ virtꝰ ꝓbatiua rōne oppositōnis. sed rōne maioris tm̄. vel minoris tm̄ vel si'litudinis ideo isti loci distinguunt̄ a relatione oppositis Ad tertiū dr̄. ꝙ ans̄ ⁊ cōsequēs ꝺm istas intentōes dicunt̄ relatiue inter se. sꝫ nō dicunt̄ relatiue ꝺm id qd̄ sunt. quod tamē requirit̄ in loco a relatiue oppositis. id̄o nō oīs locus dicit̄ a relatiuis Ad quartū dr̄. ꝙ pater sortis nō dr̄ correlatiue se habere ad filiū sortis. sed tm̄ dicit̄ se correlatiue h̄re ad filiū in cōi. nō tn̄ dicit̄ relatiue ad filiū acceptū cū determinatōe speāli sicut pater in cōi ⁊ iste filius non dicunt̄ correlatiue inter se. ideo ibi non arguit̄ ꝑ locū a relatiuis Ad q̄ntū dicit̄. ꝙ ibi nō arguit̄ ꝑ locū a relatiue oppositis. q͛ sortes in antecedēte ⁊ ꝯn̄te nō dr̄ pater ⁊ filius respectu hoīs accepti pro eodē supposito determinato. sed ad relatiue opposita requirit̄ ꝙ semꝑ fiat ꝯceptio respectu eiusdem. ideo bn̄ seq̄tur a relatiue oppositꝭ. sortes est pater hoīs. ergo non est filius eiusdem

Contrarietas est contrariorum opposittio. vt albi et nigri. Contrariorum quedā sunt mediata. vt album nigrum inter que sunt mediꝭ colores. Quedā vero immediata. vt sanū egrum circa aīal. Locus a ꝯtrariis est habitudo vnius ꝯtrariorum ad reliquum. et tenet constructiue et de-

structiue. Constructiue sic. hoc animal est sanū. ergo non est egrum. Locus a cōtrarijs Maxima. posito vno ꝯtrariorū remouetur et reliquum Destructiue tenet tm̄ in ꝯtrarijs immediatis cum coustantia subiecti. vt hoc animal non est sanum. ergo est egrum. Locus a contrarijs imediatis. Maxima. remoto vno contrariorū imediate oppositorum ponitur reliquum subiecto manente. Que autem sunt priuatiue opposita dictum est prius Locus a priuatiue oppositis est habitudo priuationis ad habituz. vel habitus ad priuationem. ⁊ tenet constructiue. vt iste est videns ergo nō est cecus vel est cecus ergo non est videns Locus a priuatiue oppositis Maxima. posito vno priuatiue oppositorū circa aliqđ subiectum ab eo remouetur reliquuz. Destructiue non tenet nisi cum constantia subiecti et cum tempore determinato a natura. Catulus enī non dicitur videns neqꝫ cecus ante nonum diem. Et puer nō dicit edentulus ante tempus determinatum a natura

Postqꝫ autor determinauit de locis a relatiue oppositis Hic ꝯsequēter determinat de locis a contrarijs ⁊ de loco a priuatiue oppositis. Et ꝓ cognitōne loci a cōtrarijs ṗmo diffinit contrarietatē ⁊ diuidit contraria. Unde ꝯtrarietas est ꝯtrarioꝝ oppositio vel repugnātia albi et nigri Cōtraria vero sunt forme absolute sub eodem genere maxime repugnātes. q̄ se mutuo expellūt ab eodē subiecto. vt albū et nigrū. Et ꝯtrariorū quedam sunt mediata inter que cadit aliquod mediū eiusdē generis participans. ratōnem vtriusqꝫ extremorum. vt inter albū ⁊ nigrum sunt rubeuz et alij medij colores. Alia sunt imediata inter que cadit mediū eiusdē generis ⁊ necesse est semper alterū eorum de subiecto verificari. vt sanum et egrum sunt contraria immediata propter carentiam medij per ꝑticipationē. licet bene habeant mediū per abnegatōnem. q2 de lapide potest vtrūqꝫ vere negari. ⁊ ab vtrisqꝫ sumitur locus dialecticus

¶ Sciēdū est ṗmo. ꝙ locus a contrarijs est habitudo vnius contrariorum ad reliquum. et tenet affirmatiue sic. sortes est sanus. ergo nō est eger. Maxima. posito vno contrariorum in aliquo subiecto ab eodē remouetur reliquum. Cuius ratio est. quia contraria se destruunt mutuo

et se expellunt ab eodem subiecto. eo ꝙ vnum importat negationem alte-
rius. ideo posito vno in aliquo subiecto necessario remouetur reliquum. et
non solum valet affirmatiue iste locus arguendo ab vno cõtrariorum tm̄.
sed etiam arguendo a pluribꝰ ponendo plura contraria in antecedente et
consequente. vt iusticia est bona. ergo iniusticia est mala. iusticia est virtus
ergo iniusticia est vicium. et propter hoc iste locus vocatur a contrarijs
in plurali numero. ¶ Sciendum est secundo. ꝙ locus a contrarijs im-
mediatis tenet negatiue duabꝰ conditionibus obseruatis. Prima ꝙ po-
natur constantia subiecti. defectu cuius non sequitur. adam non est eger.
ergo non est sanus. Secunda ꝙ arguatur respectu subiecti determinati.
defectu cuius non sequitur. iste lapis est ⁊ nõ est eger. ergo est sanus. quia
lapis non est determinatum subiectum illorum contrariorũ. sed posita cõ-
stantia subiecti determinati semper valet negatiue. vt animal est et non
est egrum. ergo est sanum. Maxima. destructo vno contrariorum imme-
diate in subiecto determinato immediate existente ponitur reliquũ. eo ꝙ
respectu eiusdem subiecti semper necessario est inesse aliquod illorum con-
traiorum. sed in contrarijs mediatis iste locus non tenet negatiue nisi po-
sita cõstantia subiecti determinati cum abnegatione vnius contrarioꝝ
et omnium intermediorum. vt hic. corpus mixtum est et non est album
nec medio colore coloratum. ergo est nigrũ. Maxima remoto vno contra-
riorum mediatorum ⁊ omnibus intermedijs a subiecto determinato ne-
cesse est ponere reliquum. ¶ Sciendũ tertio. ꝙ priuatiue opposita sunt
que habent fieri circa idem subiectum ordine irregressibili ⁊ tempore de-
terminato a natura. vt visus ⁊ cecitas circa oculum. Et intelligitur hec
diffinitio de priuatiue oppositis perfecta priuatione in quibus. scilicet pri-
uatio negat habitum ⁊ principia habitus simul et non de illis que oppo-
nuntur priuatione imperfecta. in quibus scilicet priuatio negat habitum
et derelinquit principia habitus. vt sunt motus quies scientia ⁊ ignoran-
tia. quia in istis potest fieri regressus de priuatione in habituꝫ vt de qui-
ete fit regressus ad motum. Et priuatiue opposita communiter sumpta
sic diffiniunt. sunt quorum vnum dicit negationem alterius cum apti-
tudine ad ipm. Cuius ratio est. quia ꝓuatiue opposita sunt habitus ⁊ pri-
uatio est carentia forme siue habitus in subiecto apto nato ad ipm habi-
tum vt cecitas respectu visus Sciendũ quarto. ꝙ locus a ꝓuatõne op-
positꝭ est habitudo ꝓuatõis ad habitũ Et tenet affirmatie sic. sortes est
vidẽs. g̊ nõ est cecus. Maxima. posito habitu in subiecto remouet ꝓua-
tio eius. eo ꝙ vnũ coꝝ sp importat negatõem alterius ⁊ tenet negãt. posi-
ta ꝯstãtia subiecti determinati ⁊ determiato tpe a natura in quo debet eẽ
habitus. vt sortes est ⁊ non est videns ⁊ aptus natus est videre. ergo est
cecus Maxima destructo vno priuatiue oppositorum in subiecto apto
nato ⁊ tempore determinato a natura necessario ponitur reliquum. Sed
non sequitur. antichristus non est videns. ergo est cecus. quia non poni-
tur constantia subiecti. Nec sequitur. lapis est ⁊ non est videns. ergo est
cecus. quia non ponitur constantia subeicti determinati ad suscipienduꝫ
habitum vel priuationem. Nec sequitur. puer est nouiter natus ergo est
edentulus. qꝛ nõ ponitur tempus determinate ipius habitus. que tamen

conditiones reqrunť ad debite arguendū ꝑ locuꝫ a ꝑuatiue oppositis.
☞ Contra ꝑdicta arguiť ꝑmo sic. Aliqđ est aīal medio modo se ha
bēs inter sanū et egrū qđ diciť neutrū.ergo est aliqđ mediū ꝑ ꝑticipatōem
inter sanū ꝛ egrū. Scđo sic.posito scuto ꝓ media ꝑte albo ꝛ ꝓ media ꝑ
te nigro. Non seqtur hoc scutū est nigrū ergo nō est albū.qꝛ simul est albū
et nigrū.ergo locus a ꝯtrarijs imediatis non tenet affirmatiue Tertio
sic.nō sequiť hoc lignū est ꝛ nō est sanū.ergo est egrū ꝛ tñ lignū est subiec
tum determinatū cū sit vnū ens in nūero.ergo locus a ꝯtrarijs immedia
tis nō tenet negatiue Quarto sic.nō sequiť.hō moueť.ergo non quiescit
qꝛ homo in naui moueť et quiescit ꝛ tñ ibi arguiť a priuatiue oppositis af
firmatiue.ģ iste locus illo mō nō valet. Quinto sic.non sequiť.dormi
ens nō est videns ergo est cecus.dato ꝙ ponātur oēs ꝯditiōes prius posi
te.ergo locus a priuatiue oppositis non tenet negatiue positis illis circū
stātijs ¶ Ad primū diciť.ꝙ ꝯsidereń sanū ꝛ egrum ꝗtum ad disposi
tiones ꝑcedentes sanitatē ꝛ egritudinē vel ꝗtum ad opatōes sequentes
sic inter sanū ꝛ egrū simpl'r datur mediū qđ dꝛ neutrū sed illud nō est eius
dem generis ꝓximi cū extremis Sed si ꝯsidereń formaliter vt sanū dicit
adeqtōem hūoꝝ ꝛ egrū inadeqtōem inter ipa nō est mediū.qꝛ inter eqle
et inequale non pt dari mediū.ideo imediata dicunť Ad secūdum dꝛ ꝙ
scutū ꝓ media ꝑte albū ꝛ pro media ꝑte nigrū nō est simpl'r albū nec sim
pliciter nigrū.sed est vnū coloratū sub rōne colorati.iō aňs est falsuꝫ ꝛ ꝯse
quens Ad tertium dicitur.ꝙ ibi nō arguiť respectu subiecti determia
ti.qꝛ licet hoc lignū sit determiatū in nūero nō tñ est subiectū determina
tū illorū ꝯrioꝝ sanū ꝛ egrū. Ad qrtuꝫ dꝛ.ꝙ licet hō motus in naui mo
uealť ꝫm motū alterius ꝛ ꝑ accńs nō tñ moueť motu ꝓprio.sꝫ ꝗtū ad mo
tum ꝓpriū quiescit qeta opposita motui proprio Ad qntum dꝛ.ꝙ si ca
piať nō videns vt negat actū videndi sic dormiens est nō videns.ꝛ sic vi
dens nō opponiť priuatiue cecitati vel ceco.sed si capiať vt negat habitum
visus ꝛ vt opponiť ceco sic est falsum ꝙ dormiens sit non videns.qꝛ actu
habet habitum potentie visiue.ꝛ nō bñ arguiť ꝑ illū locū sed sicut aňs est
falsum ita et ꝯsequens.sꝫ ꝑmo mō sunt vera sꝫ nō arguiť ꝑ istū locum.

Contradictio est oppositio cuius ꝫm se non est dare me
dium. Locus a ꝯtradictorie oppositis est babitudo vnius
ꝯtradictorie oppositorum ad reliquū.vt sortem sedere est ve
rum.ergo sortē nō sedere est falsuꝫ.locꝰ a ꝯtradictorie opposi
tis maxima. Si vnū ꝯtradictoriorum sit verum reliquum
erit falsuꝫ Sūt āt alia opposita q̄ dicunť disparata q̄ nō sunt
opposita ꝫm aliqđ genus predicte oppositionis.sed sunt di
uersa.vt hō et asinus.Et a talibus sumitur hic argumentū
sortes est hō.ergo nō est asinꝰ.maxīa.de q̄cūq3 dꝛ vnū dispa

torum abstractiue ab illo eodem remouetur ꝛ reliquum. Di
citur notāter abstractiue. qꝛ si cōcretiue sumerent᷑ tunc nō se
queretur. quia nō sequitur hoc est albū. ergo nō est quātum.
sed bene sequitur hoc est albedo. ergo nō est q̄ntitas

¶ Postq̄ꝫ autoꝛ determinauit de locis a cōtrarijs ꝛ ꝓuatiue opposit(is)
Hic ꝯn̄r determinat de locis a ꝯtradictorijs ꝛ de locis a disꝑatis Et ad
cognoscēdū locū a ꝯtradictorijs ꝑmo diffinit ꝯtradictōem dicens. Con
tradictio est oppositio cuius ꝫm se non est dare mediū. Cuius rō est. q̄a
ꝯdictio ē ꝯdictorioꝝ opposito. ſꝫ in ꝯdictorijs vnū est ens simpl'r ꝛ aliud ē
nō ens simpl'r. qꝛ vnū dt simpl'r negatiōez alteri⁹ sicut hō ꝛ nō hō ſꝫ inter
ens ꝛ non ens non potest dari mediū. qꝛ om̄e qd̕ apprehendit᷑ aut est ens
aut aliud ab ente. Jdeo in ꝯtradictiōe nō potest dari mediū. Et hoc cō
uenit sibi ꝫm se ꝛ inq̄ꝫtum est ꝑma oppō ꝛ ꝑncipalis ꝛ nō ꝑ ꝑticipatōem
ab aliqua oppōne ꝑori. ideo ꝑ hoc ip̄a differt ab alijs.

¶ Sciendum ꝑmo q̄ duplex est ꝯtradictio. qꝛ q̄dā est ꝯtradictio mo
doꝝ enūciandi vel ꝓpōnum ꝛ de ꝓpōibꝫ ꝯtradicentibꝫ satis dictum est in
ꝑmo tractatu. Alia est ꝯtradictio terminoꝝ seu reꝝ de qua determinatū
est in postpredicamēt(is). vt sunt termini ꝯtradictorij quorū vnus dicit sim
pliciter negatōnem alterius. vt hō ꝛ nō homo. sedet ꝛ non sedet. et sic de
silibꝫ. ꝛ ꝫm vtrāqꝫ ꝯtradictōem sumitur locus dialecticus ꝛ vtrisqꝫ ꝯue
nit diffinitio ꝑposita. Sed in ꝯtradictōne ꝓpōm debet argui respectu ho
rum ꝑdicatorum verū ꝛ falsum. Jn alia aūt arguit᷑ ab affirmatiōe vnius
ꝯtradictorioꝝ ad negatōem alterius de aliquo subiecto vel econtra.

Sciēdum secundo q̄ locus a ꝯtradictorijs est habitudo vnius contra
dictoriorum ad reliquum. Et tenet affirmati. arguendo sic. sortez curre
re est verū ergo sortem non currere est falsum. Maxima. si vnū ꝯtradicto
riorum sit verum reliquū eorū erit falsum. Et in terminis ꝯtradictorijs
aguitur sic. sic. sortes est homo. ergo sortes non est nō homo. Maxima. po
sito vno ꝯdictorioꝝ in aliq̊ subiecto ab eodē remouet᷑ reliquū Cuius rō
est. qꝛ vnū ꝯtradictorioꝝ importet negatōem alterius. Jdeo non pn̄t de
eodem verificari Et tenet negatiue iste locus formando argumenta et
maximas ꝑ oppositū ad precedentes. Et non solū valet iste locus in sim
plici ꝯsequentia. ſꝫ etiā valet in ꝯn̄tia in ecōtrario que est qn̄ in aliqua cō
sequētia ex an̄te sequit᷑ ꝯsequēs et ex opposito ꝯn̄tis infert᷑ oppositū an̄tis.
vt hic si homo est aīal est. ergo si non est aīal non est hō. sed ꝑ istū locū nō va
let ꝯn̄a in ipso q̄ est qn̄ in aliqua ꝯsequentia ex opposito an̄cedentis infert᷑
oppositū ꝯsequentis. ſꝫ ista ꝯsequentia solū tenet in alijs oppositis a con
tradictorijs vt bene sequit᷑. si iusticia est ꝟtus est. ergo si iniusticia est viciū
est vel iusticia est virtus ergo iniusticia est vicium ¶ Sciendū est tertio. q̄
disꝑata sunt illa que de se inuicem verificari non possunt. vt homo et asi
nus. Et dicuntur disꝑata a dis qd̕ est diuersum ꝛ sepatus ra. tū quasi di
uersa entia ab inuicem separa. Ratione cuius non possunt de se inuicem
verificari. qꝛ in vera predicatione requirit᷑ predicatuꝫ inesse subiecto. ꝛ ge

neraliter omnia eo modo quo nō pn̄t de se inuicē verificari dicunt̄ disp̄ata
et si aliqua vno modo verificant̄ de seinuicē ꝛ alio mō nō illo modo q̄ de
seinuicē nō verificant̄ sunt disp̄ata vt qualitas ꝛ q̄titas in cōcreto de se/
inuicē verificant̄ dicēdo quale est q̄ntū ꝛ in abstracto non v̄ificant̄ de sein/
uicē. ꝛ ḡ in abstracto sunt disp̄ata ¶ Sciendū quarto ꝙ locus a disp̄atis
est habitudo vni⁹ disp̄atorū ad reliquū. Et tenet affirmatiue sic. sortes
est homo ergo non ē asinus. Maxima cuicūq; cōuenit vnū disp̄atorum
ab eodē remouet̄ reliquū. Et rō est. qꝛ disp̄ata non pn̄t de seinuicē verifica
ri vl̄ de eodē tertio vere predicari. qꝛ si vere p̄dicarēt̄ de vno tertio possent
aliquo modo de seinuicē predicari. sed non tenet iste locus negatiue. quia
non sequit̄. sortes nō ē asin⁹. ergo sortes est equus.

☞ Contra predicta arguitur p̄mo sic. Inter esse ꝛ non eē que sunt con
tradictoria est cōtradictio media ꝛ etiam relatio illarum extremitatū. er/
go inter ꝯtradictoria potest dari medium. ergo male dicitur ꝙ in ꝯtradi
ctione non est medium. Secūdo sic. Non sequitur pluuiā cras esse est
verū. igitur non esse pluuiā cras est falsum. qꝛ nullum illorū. scꝫ cras pluet
et cras nō pluet est verū vel falsum. ergo locus a ꝯtradictorijs non valet
negatiue arguendo in ꝓpōnib; contradictorijs. Tertio sic. Non sequit̄
homo est animal. ergo non homo est non animal. et tamen ibi arguitur bn̄
a terminis contradictorijs. ergo ille locus nō tenet affirmatiue in terminis
ꝯtradictorijs. Quarto sic. omnia opposita cōtinentur sub aliqua spe
cie cū nihil est in genere oppōnis quin sit in aliqua specie eius. sed disp̄ata
sunt opposita. ergo ꝯtinentur sub aliqua specie oppositoꝝ. ꝛ sic hic male se/
parantur ab alijs oppositis. Quinto sic. Non sequit̄ Ille homo est pa/
ter. ergo nō est dn̄s. ꝛ tamē ibi arguitur a disp̄atis affirmatiue. quia pa/
ter ꝛ dn̄s sunt spēs relatōis ab inuicē distincte. ergo iste locus nō tenet af
firmatiue. ¶ Ad p̄mū dicitur. ꝙ licet inter esse ꝛ non esse ꝛ omnia con/
tradictoria sit mediū ꝫm rōem. vt cōtradictio ꝛ relatio mediās inter ip̄a
extrema tamē inter ip̄a non est medium ꝫm rē de quo verificetur vnum
extremorū. Ad secūdum dicitur. ꝙ eodē modo quo potest esse verum
cras pluuiā esse. sic eodē° est falsuꝫ cras pluuiam non esse. qꝛ nulluꝫ est de
terminate verū qꝛ sunt de futuro contingēti. sed si vnū ponitur verū inde
terminate. reliquum ponit̄ falsum indeterminate. ꝛ sic potest ibi valere lo
cus a cōtradictorijs. Ad tertium dicit̄. ꝙ in illo argumēto termini cō
tradictorij subijciunt̄. sed arguēdo ꝑ istū locū debēt semꝑ p̄dicari. ideo nō
arguit̄ ꝑ istū locū a ꝯtradictorijs Ad quartū dicit̄. ꝙ licet disp̄ata v̄tu
aliter includāt aliquā oppositōem eo ꝙ sunt diuersa. Et oīs diuisio vl̄ di
stinctio ꝫm boetiū in oppositōe fundat̄. nō tn̄ sunt opposita formaliter q̄n/
tum ad suas ꝓprias rōnes. Ad quintum dicitur. ꝙ licet pater ꝛ dn̄s
in abstracto ꝛ ꝫm suas essentias sint spēs disp̄ate. tn̄ in concreto ꝛ ꝫm esse
in subiecto nō sūt termini disp̄ati. qꝛ illo modo nō semꝑ disp̄ant̄ vt hic su
mitur disp̄atio siue separatio

Maius vt hic sumitur est quod superponitur alicui in
virtute et potentia. Minus est quod ei supponitur.
Locus a maiori est habitudo ipsius maioris ad mi/

nus. et est semp destructiuus. vt rex non potest expugnare castrum ergo nec miles. Locus a maiori maxima Si illud qd magis videtur inesse non inest. nec id quod minus videtur inesse inerit. Locus a minori est habitudo minoris ad mai9 et est semper constructiuus. vt miles potest expugnare castrum ergo et rex. Locus a minori maxima. Si id quod minus videtur inesse inest et id quod magis videtur inesse inerit. Similitudo est rerū differentium eadē qualitas. locus a simili est habitudo vnius similium ad reliquū. et tenet constructiue et destructiue. Constructiue sic. sicut risibile inest homi. ita hinnibile inest equo. sed risibile inest homini vt propriū ergo hinnibile inest equo vt proprium. Locus a simili maxima de silibus idem est iudiciū Destructiue sic. sicut risibile inest hoī. ita hinnibile inest equo. sed risibile non inest hoī vt genus ergo nec hinnibile inest equo vt genus. maxīa de similibus idem est iudicium. Proportio est rerū differentium eadem habitudo. locus a pportione est habitudo vnius proportionabiliū ad reliquum. vt sicut se habet rector nauis ad nauē ita se habet rector scholariū ad scholas. sz in naui regenda eligendus est rector nō sorte sed arte. ergo in scholis regendis eligendus est rector non sorte sed arte. Maxima. de pportionabilibus idem est iudiciū. differt aūt iste locus a loco a simili. qr in loco a simili sumit̄ ↄpatio f̄m similitudinē inherentie. vt sicut risibile inest hoī. ita hinnibile inest equo. in loco aūt a proportōne non attēdit̄ silitudo inherentie. sed ↄpatio habitudinis. vt sicut se habet rector nauis ad nauem. ita se habet rector scholariū ad scholas.

Postq̄ autor superius determinauit de locis ab oppositis. Hic consequenter determinat de locis a maiori. a minori. a simili. et a pportione. q̄ habēt inter se aliquam ↄueniētiam. Et ad cognoscendū locum a maiori ꝛ minori. primo explicat quid sit maius ꝛ minus. Et maius potest capi dupliciter. Uno modo proprie. vt est illud qd supraponit̄ alteri in potentia vel virtute q̄tum ad opatōnem aliquā. vt rex supraponit̄ militi Et econtra. minus est qd supponit̄ alteri in virtute vel potētia q̄tum ad aliquam operationem. vt comes supponitur regi. Alio modo capitur maius qd excedit alterum in potentia vel virtute q̄tum ad verificationem locutionis. eo q habeat maiorem habitudinem ad aliquod extremum propositionis et magis sibi videtur conuenire q̄ alteri. Et econtra minus

est quod supponit alteri in virtute vel potentia q̃tum ad verificationem
locutionis. eo q minus videtur conuenire cum aliquo extremo propositi
onis q̃ ip̄m maius sicut miles minus conuenit cum illo antecedente. sꝫ
debellare ciuitatem q̃ rex. ꝛ hoc vltimo modo capitur hic maius et mi-
nus. ¶ Sciendum primo. q locus a maiori est habitudo maioris ad
minus ꝛ tenet negatiue tm̄. vt rex non potest debellare ciuitatē. g̃ nec mi-
les. Maxima. si illud qd̃ videtur magis inesse nō inest ergo nec illud qd̃
minus videtur inesse inest. Et econtra. locus a minori est habitudo mi-
noris ad maius. Et tenet affirmatiue tm̄ ꝛ non negatiue. vt bene sequit̃
miles potest debellare ciuitatem. ergo et rex. Maxima. si illud qd̃ minus
videtur inesse inest ꝛ illud quod magis videtur. Et in isto loco potest ar
gui tripliciter. Primo cōparando duo subiecta ad vnū predicatum. vt in
exemplo dato. Secūdo ꝯparando vnum subiectum ad duo predicata. vt
rex debellare potest ciuitatem. ergo castrum. Tertio comparando duo sub
iecta ad duo predicata. vt miles potest debellare castrū. ergo rex ciuitatē.
Et similiter variant̃ argumenta tripliciter in locis a maiori ꝛ minori a si-
mili ꝛ a proportione. Sciendum scd̃o. q silitudo est rerum drn̄tiū ea-
dem qualitas ꝛ non sufficit eadem qualitas in genere. q sic album et ni-
grum eēnt similia nec requiritur eadē qualitas in nūero. quia res differen
tes numero habēt diuersas qualitates in nūero. quia accidens materiali-
ter variatur ꝫm nūerū sui subiecti sꝫ requirit̃ eadē q̄litas in spē. sicut duo
alba dicuntur silia in spē ꝛ non capitur similitudo ꝓprie pro similitudine
accidentali que est rerum differentiuꝫ eadem qualitas accidentalis. sꝫ ge
neraliter capitur tam ꝓ silitudine accidentali q̃ eētiali. ex q̄ diffinitōne p̄
dicta patet. vbicūq est similitudo ibi est dissilitudo. q silitudo est rerum
drn̄tiū ꝛ res differētes habēt dissilitudinē inter se. ¶ Scieduꝫ tertio. q lo
cus a simili est habitudo vnius similiū ad reliquum. ꝛ tenet affirmatiue ꝛ
negatiue. Affirmatiue sic. sicut animal inest hōi sic siliter equo. sed inest
homini. vt genus ergo inest equo vt genus. Maxima. de silibꝫ idem est
iudicium et ratio est. q quicq̇d vni similiū conuenit inq̃tum sile est etiaꝫ
cōuenit alteri. q si sibi non cōueniret eēt dissimilitudo. Et per istū locum
semꝑ debet argui a silibꝫ inq̃tum silia sꝫ ꝛ inq̃tum dissimilia Negatiue
sic. sortes non est hinnibilis. igitur nec plato. Maxima. quicquid remoue
tur ab vno silium inq̃tum silia sunt remouetur ꝛ ab altero. Sciendū
quarto. q ꝓportio est rerū differentiū respectu alicuius eadem cōparatio vl̄
habitudo. sicut est comparatio duorū ad quatuor ꝛ triū ad sex. ibi em̄ est si-
milis cōparatio. q vtrobiq comparat̃ medietas ad suū totū. Et locus a ꝓ
portione est habitudo vnius ꝓportionabilium ad reliquū. Et tenet affir-
matiue sic. sicut se habent quatuor ad duo ita sex ad tria. sed quatuor sunt
dupla duorū. ergo sex sunt dupla trium. Maxima de ꝓportionabilibꝫ si-
mile est iudiciū. Et tenet negatiue sic. sicut se habent duo ad tria ita qua
tuor ad sex. sed duo non sunt dupla trium. ergo quatuor non sunt dupla
sex. Et per istum locum potest argui a transsumpta ꝓportione hoc modo
sicut se habēt duo ad quatuor ita tria ad sex. igit̃ sicut se habēt duo ad tria
ita quatuor ad sex. sed duo excedunt meditatē trium. ergo quatuor exce
dunt medietatem sex. ☞ Contra predicta arguit̃ p̄mo sic. nō sequit̃

deus nō pt peccare.ergo hō non pt peccare.⁊ tñ ibi arguit a maiori nega-
tiue Scđo sic.nō sequit sortes pt portare decē libras.ergo potest portare
centū.vel potest trahere paruā nauem.ergo ⁊ magnaꝫ.⁊ tñ arguit a minori
affirmatiue. Tercio sic. silitudo nō est qualitas sed relaº.ergo nō est rep-
differentiū eadē qualitas. Quarto sic.nō seqtur.sicut oculus est in cor-
pore ita intellectus est in aīa.sed oculus est pars integralis corporis.ergo in
tellectus est pars integralis aīe.⁊ tñ ibi arguit affirmatiue ꝑ locū a sili.ergo
nō valet locus a simili. Quinto sic.sicut se hꝫ sonus ad audituꝫ ita color
ad visum.sed sonus ꝑcipitur ab auditu in tenebris.ergo color a visu ꝑcipit
in tenebris.⁊ tñ ibi arguit ꝑ locum a ꝓportione affirmatiue.ergo iste locus
nō valet. Ad ṗmū dr.ꝙ ibi nō arguit a maiori ad minus negatiue.quia
ꝗuis deus excedat hominē ꝗtum ad virtutē operandi.nō tñ ꝗtum ad cō
uenientiā ⁊ habitudinē cū illo extremo peccare.ideo nō est maius in virtute
ꝗtum ad verificatōem locutōis respectu illius extremi.qꝛ sibi nō videt ma
gis inesse ꝙ̄ homini.eo ꝙ nullo mō sibi inest. Ad scđm dr.ꝙ ibi nō argui
tur a minori.qꝛ ibi nō arguit ab illo qđ videt minus inesse.vel qđ hꝫ minorē
apparētiā virtutis Ad terciū dr.ꝙ licꝫ silitudo nō sit formaliter qualitas
tñ dr qualitas materialiter.qꝛ qualitas est materia ⁊ fundamentū eius.qꝛ
est eius ꝓximū vel ꝓpriū fundamentū Ad quartū dr.ꝙ ibi nō arguit a
silibꝫ inꝗtum similia sunt.ideo nō arguit ꝑ locū a sili.vnde in hoc ꝯueniūt
oculus ⁊ intellectus.qꝛ vtrūqꝫ dr pars.sed in hoc differūt ⁊ habēt dissilitu-
dinem ꝙ oculus est pars ꝗtitatiua ⁊ integralis.intellectus vero est pars
potestatiua.vñ nō sequit hñt silitudinem in aliquo.ergo hñt silitudineꝫ in
isto.et sic ibi nō arguit ꝑ locum a sili. Ad ꝗntum dr ꝙ ibi nō arguit iter
ꝓportionabilia inꝗtum hñt ꝓportōem.sed inꝗtum hñt disparatōem.qꝛ so
nus et color in hoc hñt ꝓportōem qꝛ vtrūqꝫ est obiectū vnius sensus.sed ha
bent disproportōem ⁊ dissilitudinē in mō quo sentiuntur ab ipsis sensibꝫ.qꝛ
color nō diffundit ad visum nisi ꝑ mediū illuminatū.sonus vero diffundit
sine lumine ꝑ mediū qđ pt faciliter diuidi ⁊ rarefieri.sicut ꝑ aerē ignē ⁊ aquā

Transsumptio est duplex.quedam em̄ est quando dictio
vel oratio vnū significans transsumit ad significanduꝫ aliud
propter similitudineꝫ aliquam in eis repertam.vt hec dictio
ridere transsumit ad ꝓcandum florere cum dicit pratuꝫ ridet
Siliter oratio transsumitur cū dr littus aratur.i.opus ꝑdit.
sicut solet dici cum quis inuanū laborat.et hec transsumptio
pertinet ad sophistam. Alia est quādo nomen magis notum
sumit ꝑ noīe minus noto.vt si debeat ꝓbari ꝙ phylosophus
nō inuidet ⁊ fiat transsumptio ad hoc nomen sapiens.et ista
transsumptio pertinet ad dyalecticum. Locus a transsumpti
one est habitudo transsumptōis ad transsumptum.vt sapi-
ens non inuidet.ergo phus non inuidet. Maxima. Quicqd
alicui ꝯuenit sub nomine magis noto eidem cōuenit sub no-

mine minus noto. Differt aūt iste locus a loco a nois inter/
pretatione. qr in loco a nois interpretatione accipit defini/
tio siue expositio nois. vt si exponatur hoc nomen phus p hoc
quod est amator scientie. In loco aūt a transsumptōe nō ac/
pitur expositio siue descriptio nois. sed pro vno noie minus
noto accipit aliud nomen magis notum per qd faciliter pt p
bari ppositum. Autoritas vt hic sumit est iudiciū sapiētis
in sua scientia. Unde iste locus solet denomiari a rei iudicio
Locus ab autoritate est habitudo autoritatis ad aliud qd p
eam pbatur. et tenet ɔstructiue solum. vt astronimus dicit ce
lum esse volubile. ergo celū est volubile. Locus ab autorita/
te maxima. Unicuiqȝ experto in sua scia credendū est

Postqȝ autor determinauit de locis a maiori. a minori. a simili. ⁊ a pro/
portione. Hic ɔsequēter videndū est de locis a transsumptōe. ⁊ ab autori/
tate. Et p cognitōe loci a trāssumptōe pmo diuidit transsumptōem dicēs
q duplex est transsumptio. Quedā trāssumptio est quādo dictio vel oratio
pprie vnū signans transsumit ad signandum reliquū ppter silitudinem in ipsis
repertam. vt ridere pprie sigat actū oris ⁊ transsumitur ad sigandū idem qd
florere. i pto eo q vbiqȝ est silitudo letitie. Secūda ē. qn res sigata sub noie
minus noto transsumit pro noie magis noto. vt si ponatur sapiens p pho
Et differūt iste due transsumptiōes. qr in pma sumit vna vox pro diuersis
reb9. In secūda vero sumūtur diuerse voces pro vna re tm̄. A pma sumit
loc9 sophistic9. a 2° loc9 dialetic9. iō de secūda ē h ad ppositū. ¶ Sciēdū p°
q locus a transsumptōe est habitudo vnius nois magis noti ad nomē mi
nus notum. et tenet quatuor modis. scȝ subijciendo nomen magis notum
affirmatiue. vt sapiens currit. ergo phus currit. Maxima. Quicqd ɔuenit
alicui sub noie magis noto ɔuenit etiā sibi sub noie minus noto. Cuius rō
est. qr nomen magis notū ⁊ nomen minus notū in transsumptōe idē dicūt
realiter ⁊ ɔuertibiliter. Ideo quicqd verificat de vno etiaȝ de altero. Et de
quocūqȝ predicatur vnū siue affirmatiue siue negatiue ⁊ reliquū. Secundo
pdicando affirmatiue. Tercio subijciendo negatiue. Quarto pdicando ne
gatiue. et possunt formari argumenta et maxime sicut in pmo modo arguē
di ¶ Sciendū secūdo. q sm aliquos locus a transsumptione ponitur lo
cus intrinsecus. Cuius rō est. qr nomen magis notum ⁊ nomen min9 no
tum important eandem rem essentialiter ⁊ ɔuertibiliter. ⁊ ppter illam vni/
tatem ⁊ identitatē rei significate valet ɔsequētia ab vno ad reliquū. ideo
terminus inferens in illo loco ratione ɔuenientie ⁊ non differentie habet vir
tutem inferendi terminū illatū. Sed sm boetiū ⁊ petrū hyspanū ponit loc9
extrinsecus. qr licȝ nomen magis notū ⁊ minus notū in transsumptiōe ean
dem rem importāt. tn̄ sumitur pbabilitas ex pte nois magis noti inqȝtuȝ
est magis notū. et q sit magis notū alio nō est ex parte rei sigate sed ex parte
nois. Ideo terminus inferens sm q ab ipso sumitur virtus probatiua est

extrinsecus termino illato. quia terminus inferens est magis notus quam terminus illatus. et sub tali ratione differt ab ipso vt sibi est extrinsecus. Et vtraque opinio est probabilis ¶ Sciendum tercio. quod autoritas est iudicium siue dictum sapientis in sua sciencia experti. vt cum dicitur astronimus iudicat solem esse maiorem tota terra. Hec propositio sic iudicata vel dicta per astronimum dicitur autoritas eius sic quod omne iudicium a tali sapiente requiritur in tali propositione esse formale autoritatis. Unde propter excellentiam sapientie scilicet respondentis vel cognitionem alicuius sapientis, propositio ab eo data accipit quandam euidentiam veritatis ratione cuius magis creditur ab alijs quam si non esset dicta ab eo vel a tali sapiente. et talis credulitas veritatis in propositione dicta nominatur autoritatem. Dupliciter tamen sumitur autoritas. Uno modo pro excellentia cognitionis alicuius sapientis. Alio modo tam pro apparentia quam excellentia veritatis quam sumit propositio per hoc quod dicitur vel iudicatur esse vera a tali sapiente. ¶ Sciendum quarto quod locus ab autoritate est habitudo autoritatis ad propositionem cui conuenit autoritas. et tenet affirmatiue tantum. vt astronimus dicit solem esse maiorem tota terra. ergo sol est maior tota terra. Maxima. Unicuique experto credendum est in sua sciencia. Cuius ratio est. quia si sapiens dicat aliquam propositionem inquantum sapiens est et expertus in sua sciencia. tunc oportet illam propositionem esse veram. quia si diceret aliquam propositionem falsam in hoc non esset sapiens vel expertus. sed non tenet iste locus negatiue. quia non sequitur. Aresto. non ponit decem orbes celestes. ergo non sunt decem celi. Contra predicta arguitur primo sic. ab vnitate signati sumitur vnitas signi. ergo vnius rei signate non sunt plura nomina eiusdem rei. et sic male ponitur secundus modus transsumptionis. Secundo sic. non sequitur. homo est animal. ergo humanitas est animal. et tamen ibi arguitur a transsumptione. quia homo et humanitas idem sunt. et homo est nobis magis notum. ergo locus a transsumptione non valet affirmatiue Tercio sic. propositio non accipit veritatem ab homine dicente vel iudicante ipsam veram. quia propter nostrum affirmare vel negare nihil mutatur in re ergo propter autoritatem dicentis non iudicabitur veritas propositionis. ergo a tali autoritate non sumitur locus dyaleticus. Quarto sic. non sequitur philosophus dicit mundum esse eternum et non incepisse. ergo mundus non incepit. et tamen ibi arguitur ab autoritate affirmatiue. ergo non valet affirmatiue. Quinto sic bene sequitur. philosophus dicit tempus non fuisse ante motum. ergo tempus non fuit ante motum. et tamen ibi arguitur ab autoritate negatiue. ergo locus ille bene valet negatiue.

¶ Ad primum dicitur. quod licet ab vnitate signati sumitur vnitas formalis in esse ipsius signi. non tamen sumitur vnitas materialis. Ideo possunt esse vnius rei plura signa in numero. licet conueniant in vna specie signi significantia aliquid per modum signi Ad secundum dicitur. quod licet homo et humanitas significant idem secundum essentiam. non tamen sub eodem modo essendi. quia humanitas significat essentiam hominis abstractiue et non per respectum ad sua supposita. homo vero significat essentiam concretiue et per respectum ad supposita. Ideo inter illa duo nomina non est transsumptio. cum duo nomina in transsumptione habeant vnum significatum et sub eodem esse quare ibi non arguitur per istum locum Ad tercium dicitur quod licet oratio dicta a sapiente non capit ab eo veritatem, tamen ab eo sumit apparentiam sue veritatis. ratione cuius apparentie efficitur talis propositio probabilis et vera alijs hominibus. quia ab ipso sumitur locus dyaleticus

Ad quartũ dr̃ ꝙ ibi nõ arguit̃ ab autoritate. q2 Arestoteles non dr̃ hoc incq̃ʒtum exptus in sua scientia nec in hoc tenet̃ Ad q̃ntum dr̃ ꝙ ibi nõ arguit̃ negatiue ꝑ istũ locũ. q2 hoc verbũ dicit importat autoritatẽ. et ad hoc ꝙ negetur autoritas oportet ꝙ neget̃ ip̃m ad arguendũ negatiue. qḋ tñ fit in il/lo argumento. sed ibi arguit̃ affirmatiue. ꝛ est bona ꝯña

Equit̃ de locis medijs. Quid autẽ sit locus medius dictũ est. Locoꝝ medioꝝ alius a cõiugatis. alius a casibꝫ. alius a diuisione. Cõiugata ꝛ casus differũt sic. q2 vniuocũ p̃ncipale siue abstractũ qḋ idem est dr̃ ꝯiuga/tum cũ suo denoĩatiuo. vt iusticia et iustũ albedo ꝛ albũ. Casus aũt dicũtur ea que cadũt a p̃ncipali. vt iustũ et iuste a iusticia. Et dr̃ñam hanc designat Arestoteles in secũdo topi/corũ. Locus a ꝯiugatis est habitudo vnius coniugatorũ ad reliquũ. vt iusticia est bona. ergo iustũ est bonũ. Locus a cõiugatis Maxima Quicquid ꝯuenit vni ꝯiugatorũ ꝯuenit ꝛ reliquo. Et si vnũ ꝯiugatorum inest ꝛ reliquũ. Locus a casibus est habitudo vnius casus ad reliquũ. vt iustũ est bonuꝫ ergo quod iuste fit bene fit. Locus a casibꝫ Maxima. Quod vni casui ꝯuenit cõuenit et reliquo. Et ecõuerso sumit̃ argumentũ a casibꝫ ꝛ a ꝯiugatis.

Postq̃ʒ autor superius determinauit de locis extrinsecis. hic ꝯsequen/ter determinat de locis medijs. Cuius rõ est. q2 mediũ per participatiõem p̃supponit cognitõem suoꝝ extremoꝝ. q2 sine illis faciliter cognosci non p̃t. sed locus medius est medius ꝑ participatõnem respectu loci intrinseci ꝛ ex/trinseci. ideo ꝯueniẽter post determinatõeʒ de locis intrinsecis ꝛ extrinsecis autor hic determinat de locis medijs. Et p̃supposita definitione loci medij autor sic diuidit locũ mediũ. q2 alius est a ꝯiugatis. alius a casibꝫ. alius a diuisione. Et p̃mo de loco a ꝯiugatis ¶ Sciendũ p̃mo ꝙ ꝯiugata sunt ꝯcretum ꝛ abstractũ. siue abstractũ et suũ denoĩatiuũ. vt iusticia ꝛ iustus. et dicũtur ꝯiugata quasi sub vno iugo p̃catõis posita. q2 ꝯcretũ ꝛ abstractũ ꝯue/niũt in re p̃cata. nã eandẽ formã important. vt albedo ꝛ albuꝫ. Sed differũt in modo p̃candi. q2 abstractũ p̃cat illam formã sine cadentia ad subiectum Concretum vero significat illam formam cum cadentia ad subiectum. et de istis dictum est in definitione denominatiuorum. ¶ Sciendum est secũdo ꝙ locus a coniugatis est habitudo vnius ad reliquũ. et tenet construc/tiue. vt iusticia est virtus. ergo iustus est virtuosus. Maxima Si abstrac/tum predicetur de abstracto. et concretum de concreto. Cuius ratio est. q2 coniugata realiter idẽ significant. ideo si abstractũ de aliquo verificet̃. optet cretũ de alio verificari. Non tñ p̃t in istis argui respectu eiusdm p̃dicati. q2 q2 ꝯcretũ ꝛ abstractũ ꝑtim dr̃ũt ꝛ ꝑtim ꝯueniũt. ideo nõ optꝫ vnũ ꝛ idẽ p̃dicatũ verificari de ambobus sub eodem modo significãdi. vt non sequitur

iusticia est virtꝰ.ergo iustus ē virtuosus.⁊ tenet negatiue sic iniusticia nō ē virtus.ḡ iniustus nō est virtuosus.Maxīa.si abstractū de abstracto negetur ⁊ concretū de concreto Sciendū tercio.ꝙ casus dicunṫ adiectiuū nominis ⁊ suū aduerbiū. vt iustus ⁊ iuste.fortis ⁊ fortiter ⁊cꝭ. Et dicūtur casus a cadendo.q̄ꝛ cadūt ab vno p̄ncipali.s.a noīe abstracto vt iustus ⁊ iuste a iusticia. Et licet inter cōiugata vnū cadat ab alio nō tn̄ ambo cadunt vno tercio.sicut est de casibꝫ.ideo licꝫ ꝯcretū ⁊ suū aduerbiū pn̄t dici cōiugata q̄tū ad id a quo sumiṫ nomē vel q̄tū ad rōnē impositōnis noīs.q̄ꝛ sunt ambo sub vno iugo ꝑcatōnis posita.tn̄ q̄tū ad id cui nomē imponiṫ non dicunṫ cōiugata sed magis ꝓprie casus noīanṫ Sciendū quarto.ꝙ locꝰ a casibꝫ est habitudo vnīꝰ casus ad reliquū.⁊ tenet affirmatiue sic iustꝰ est virtuosus.ḡ ꝙ iuste fit virtuose fit. Maxima si cōcretū p̄diceṫ de cōcreto et aduerbiū de aduerbio. Negatiue sic.fortis nō est debilis.ḡ qđ fortiter fit non debiliter fit.Maxima.si cōcretū de cōcreto negeṫ.⁊ aduerbiū de aduerbio.eo ꝙ eandem rem important licet diuersimode. Et vocaṫ iste locus a casibꝫ in plurali.q̄ꝛ arguendo ꝑ istū locū ponūtur plures casus tam in antecedente q̄ꝫ ī ꝯn̄te ⁊ silr̄ de ꝯiugatis Cōtra p̄dicta arguiṫ pm̄o sic.Abstractū est causa formalis cōcreti vt albedo albi.ḡ arguendo ab abstracto ad cōcretū est locus a causa formali.⁊ locus a causa formali est intrinsecus ergo iste locus a cōiugatis nō est locus medius. Secūdo sic.nō seq̇tur homo est aīal.ḡ humanitas est aīalitas.cū an̄s sit verū ⁊ ꝯn̄s falsum.ḡ locus a coniugatis nō tenet affirmatiue. Tercio sic.nō seq̇tur cecitas ē insensibilitas.ḡ cecus est insensibilis cū an̄s sit verū ⁊ ꝯn̄s falsum.ḡ iste locꝰ tenet affirmatiue. Quarto sic. Nō seq̇tur q̄titas nō est qualitas.ḡ q̄tum non est quale vel albedo non est dulcedo.ḡ albū nō est dulce.ḡ locus a cōiugatis nō tenet negatiue Quinto sic. Nō seq̇tur iustus est liberalis.ergo qđ iuste fit liberaliter fit.cū an̄s posset esse verū ꝯn̄te existente falso ergo locus a casibꝫ nō tenet affirmatiue ⁊c.☞ Ad primū diciṫ.ꝙ si cōsidereṫ abstractū inq̄tū ē forma cōcreti ⁊ sibi dat esse.sic est causa formalis eius ⁊ facit locū a causa formali.sed si consideraṫ vt partim cōuenit cuꝫ ip̄o scꝫ in re ꝑcata ⁊ partim differt ab ip̄o scꝫ in modo ꝑcandi sic facit locū mediū ⁊ a coniugatis Ad scđm dr̄ ꝙ duplex est abstractū.q̄ꝛ quoddā ē qđ abstrahitur a subiecto ⁊ inferioribus suis sicut humanitas animalitas ⁊c. Aliud est abstractū qđ abstrahiṫ a suo subiecto tm̄.⁊ non a suis inferioribꝫ vt color vel albedo.⁊ tale abstractū bene p̄dicaṫ de suis inferioribꝫ.licet nō de suo subiecto ⁊ arguendo ꝑ locū a coniugatis semꝑ debet argui respectu abstracti.quod abstrahiṫ a suo subiecto tm̄.⁊ nō respectu alterius qđ abstrahiṫ a suis inferioribꝫ q̄ꝛ illud nō p̄t p̄dicari de ip̄is. Ideo ibi non debite arguiṫ ꝑ istū locū homo est aīal.ergo humanitas est aīalitas.Aīalitas eīm designaṫ cū precisione subiecti ⁊ suoꝝ inferioꝝ.rōne cuiꝰ non verificaṫ de hoīe Ad terciū dr̄.ꝙ si īsensibile negat sensibilitatē cuiꝰlibꝫ sensus.sic cecꝰ nō ē insensibilis.sꝫ si tantūmō negat sensibilitatē sensus visus sic cecus potest dici insensibilis.⁊ illo modo bn̄ valet ꝯn̄a Ad quartū dr̄ ꝙ arguendo ꝑ istū locū negatiue a duobꝫ abstractis oportet illa abstracta esse diuersa tam ꝑm essentiā q̄ꝫ ꝑm esse. modo qualitas ⁊ quātitas nō sunt diuersa ꝑm esse.q̄ꝛ cōuenīūt in subiecto.licet bene ꝑm essentiam sint diuersa.ideo nō

arguitur per istū locū. Nec etiam seq̄tur arguendo affirmatiue sit quantū
est quale. ergo quātitas est qualitas. Ad quintū dicit᷑ ꝙ locus a casibꝫ
et a coniugatis nō tenet in p̄dicatōnibus ꝑ accidens sed solū in p̄dicatōne
per se. modo dicendo. iustus est liberalis. ibi est p̄dicatio per accidens. ergo
ibi non debite arguit᷑ per locum a casibus.

Diuisionum alia fit per negatōnem. vt sortes est homo
aut nonhomo. Alia fit non per negatōnem ⁊ hec fit sex mo/
dis. tribus per se ⁊ tribus per accidens. Prima diuisio per se
est generis in species. vt animaliū aliud homo. aliud brutū.
Secunda est totius integralis in suas partes. vt domus a/
lia pars est paries alia tectum alia fundametum. Tercia ve
ro est vocis in significata. vt canum alius latrabilis alius pi
scis marinus alius sidus celeste. Diuisionū vero per accidēs
Prima est subiecti in accidentia. vt aīalium aliud sanum a/
liud egrum. Secunda diuisio est accidentis in subiecta. vt
sanorū aliud brutū aliud homo. Tercia est accidentis in ac/
cidentia. vt sanorū aliud calidū aliud frigidū. Locus a diui/
sione est habitudo vnius condiuidentiū ad reliquū. vt si sor
tes ē aīal aut ē al' rōnale aut irrōnale. sed nō ē irrōnale ergo
rōnale Locus a diuisione. Maxima. posito vno membro
rum diuidentiū in aliquo subiecto remouetur reliquū. ⁊ simi
liter in qualibet diuisione. Et hec de locis dicta sufficiant

Postq̄ꝫ autor determinauit supra de locis a cōiugatis ⁊ a casibus. Hic
ꝯñter determinat de locis a diuisione. rōne cuius sic diuidit species vl' mo
dos eius ip̄am diuisionē sic diuidens. quia diuisionū quedā fit per negatō
nem. vt dicendo lapis est homo vel nonhomo. Alia vero per affirmationē
vt aīaliū aliud rōnale. aliud irrōnale. Et ille due diuisiones sic inter se diffe
runt. quia diuisio que fit ꝑ negatō ez semꝑ fit per duo membra tm̄. ⁊ datur
per imediata. quia datur ꝑ contradictoria ⁊ inter contradictoria nullū est
medium. sed diuisio que fit per affir. quandoqꝫ fit per duo membra ⁊ qñqꝫ
per plura. nec fit semꝑ per opposita simpl'r. licet membra diuisionis in se in
cludant quandā oppositionem nec semper fit per imediata. qđ patet dicen
do coloratorum aliud album aliud nigrum aliud medio colore coloratum
Sciendum primo. ꝙ diuisio facta per affir. iterū diuidit᷑. quia quedam
est diuisio per se. alia per accidens. diuisio per se fit tribus modis. q᷑ quedā
diuisio generis in species per differentias vt aīaliū. aliud homo aliud bru/
tum. vel aīaliū aliud rōnale aliud irrōnale. Alia est diuisio vocis multipli/
cis in suas ſcatōnes. vt canū alius latrabilis. alius sidus celeste. alius pi/
scis marinus. alia ē diuisio totius integralis in suas ꝑtes integrales. vt do/
mus diuidit᷑ ꝑ tectū. parietē ⁊ fundamētū. Sciendū secūdo. ꝙ diuisio ꝑ
accidens sil'r est triplex. Prima ē diuisio subiecti in accidentia. vt aīalium

aliud sanū aliud egrū. Scḋa est accn̄tis in sua subiecta. vt sanoꝝ aliud ho-
mo aliud brutū. Tercia ē diuisio accn̄tis in accn̄tia. vt sanoꝝ aliud nigrū
aliud albū. Sed dicūt iste diuisiones ꝑ accn̄s. q2 mēbra diuisionis nō per
se diuidunt ipm totū. sed hn̄t diuidere ipm inq̄tū accidūt suis ꝑtib9. ⁊ licet
diuisio subiecti ꝑm naturā nō seq̄tur causaliter ex diuisione accidentis. sed
magis econtra ex diuisione ⁊ distinctōne subiecti sumit̄ diuisio ⁊ distinc-
tio partiū accn̄tis tn̄ seq̄tur ex ipa quo ad nos ⁊ rōne oppositōnis eorūdē
accn̄tiū ad inuicem Sciendū tercio ꝙ locus a diuisione ē habitudo vni-
us membroꝝ diuisionis ad reliquū. ⁊ in diuisione que fit tm̄ per duo mem
bra imediate tenet affirmatiue a positōne vnius membroꝝ ad negatōnē
alterius. vt sortes est homo vel nō hō. sed est homo. ergo nō est nō hō. vel
equus est aīal rōnale vel irrōnale sed ē aīal irrōnale. g̃ nō aīal rōnale. Ma
xima. posito vno membro diuisionis imediate in aliquo subiecto ab eodē
remouet̄ reliquū. ⁊ causa ē. q̄a talia mēbra sunt opposita. Et in tali diuisiōe
tenet etiā negatiue. vt sortes est rōnalis vel irrōnalis. sed nō est irrōnalis
ergo est rōnalis. Maxima. remoto vno membroꝝ diuidentiū imediato-
rum ab aliquo inferiori eidem attribuit̄ reliquū Sed in diuisione que dat̄
per plura membra q̄3 duo semper tenet affirmatiue. ab affirmatōne vni9
ad negatōnem alterius. Sed non tenet semper negatiue nisi in argumē-
tatione vbi ponitur negatio vnius extremi cum negatōne aliorum ad so-
lam affirmatōnem illius qḋ debet predicari vt hec pars domus est paries
tectum vel fundamentū. ergo si non est tectum vel fundamentum est pa-
ries. Sciendum quarto ꝙ membra diuidentia huius diuisionis possunt
dupliciter considerari. Uno modo ꝑm rōnes ꝓprias earum. ⁊ isto mō sem
per sunt opposita vel disperata. ⁊ sic ab ipsis sumitur locus extrinsecus sc3
ab oppositis vł disꝑatis. Alio modo considerant̄ inq̄tum partim conueni
unt cum diuiso q̄tum ad rōnes cōmunes ⁊ partim differunt quo ad rōes
proprias. ⁊ isto modo hic considerant̄ ⁊ faciunt locum medium vel locum
a diuisione. Et quandoq3 in argumentis istius loci ponitur explicite diui-
sio alicuius totius. quandoq3 non explicatur ipa diuisio. sed presupponitur
et semper oportet presupponere conuenientiam diuisi cum illo de quo affir-
mantur et negantur diuidentia. Contra predicta arguitur primo sic.
omnis diuisio fit per aliquas partes. sed negatio non est pars alicuius. er-
go nulla fit per negatōnem. Secundo sic. Omne totum est compositū
ex partibus per quas diuiditur. quia vnūquodq3 componitur ex his ī que
resoluitur. sed genus non cōponitur ex suis speciebus cum precedat ipas
ergo nulla est diuisio generis in suas species. Tercio sic. Significata vo
cis accidūt voci cū ipa sit de genere qualitatis ⁊ significata q̄nq3 de alio ge
nere. g̃ diuisio vocis in suas significatōnes est diuisio per accidens ⁊ non
per se. Quarto sic. Accidentia non sunt partes sui subiecti quia non cō
ponunt ipsum. ergo cum omnis diuisio sit totius in suas partes sequitur
ꝙ nulla est diuisio subiecti in sua accidentia. Quinto sic. Non sequitur
aīaliū aliud rōnale. aliud irrōnale. sed lapis nō ē aīal rōnale. ergo ē anīal
irrationale. ergo locus a diuisione non valet negatiue ☞ Ad primum
dicitur ꝙ licet negatio formaliter ⁊ per se sumpta nō sit pars alicuius diui-
sionis. tn̄ negatio sumpta cum alio inq̄tum fit ex opposito illius quod ipa

negat potest esse membrū diuisionis ⁊ sumitur ꝓ parte vniꝰ totius. Ad scd̄m dr̄. ꝙ licet omne totum actuale cōponatur ex partibꝫ in quas diuidit non tamen omne totū potentiale quod est adhuc in potentia ⁊ hoc modo genus est totum suaꝝ specieꝝ. Ad terciū dr̄. ꝙ licet significata accidant voci ꝯm se cōsiderate. vt est in genere qualitatis. Non tamē accidunt voci significatiue inq̄ꝫtum est significatiua entis. ⁊ hoc modo dictio equiuocā ē vox significatiua. ideo diuisio eius per suas significatōnes est diuisio ꝑ se et non per accidens. Ad quartū dr̄. ꝙ licet oīs diuisio ꝑ se fiat in partes totius non tamen diuisio per accidens. sed sufficit ꝙ fiat ꝑ accidentia q̄ determinant ipm totum ad diuersas partes eiꝰ. Ad quintū dr̄ ꝙ in loco a diuisione oportet ponere affirmatōnem diuisi cum negatōne vel affirmatione vnius membroꝝ diuisionis de subiecto cōsequētis qd̄ tamē nō fit in isto argumento. q̄a aīal ibi non affirmatur de lapide. ideo non bene arguit per locū a diuisione. Et hec de locis dyaleticis dicta sufficiant.



Sextus tractatus

Sillogismoꝝ alius

demonstratiuus. alius dyaleticus. alius sophisticus siue litigiosus. Syllogismus demonstratiuus est qui ex primis veris ⁊ imediatis est syllogisatus. aut ex talibus que ꝑ aliqua pⁱma vera pⁱncipiū sue cognitōis sumpserūt. Dyaleticus est q̄ ex ꝓbabilibꝰ ē syllogisatus. Sophisticus vt diffinit ab arestotele in elenchis est q̄ apparet esse syllogismus et non est. aut qui est syllogismus sed nō est cōueniens rei.

Iste est sextus tractatus magistri Pe. hy. In quo postq̄ꝫ in p̄cedenti determinauit de syllogismo dyaletico. cōsequenter determīat de syllogismo sophistico. Cuiꝰ ordinis rō est. q̄a syllogismus dyaleticus fit ex ꝓbabilibꝫ simpliciter. Sophisticus vero ex ꝓbabilibus apparenter. Et qꝛ ꝓbabile simpliciter p̄cedit ꝓbabile apparens. Ideo oportet syllogismū dyaleticū p̄cedere sophisticū. ⁊ sic patet ordo. ⁊ qꝛ syllogismꝰ sophisticus est hoc qd̄ pⁱncipaliter consideratur in hoc tractatu ad quod hic oīa cōsiderata habēt reductionem. Ideo est subiectū huiꝰ tractatus. Et licet nominet tractatus de fallacijs non tamen ideo quia fallacia sit eius subiectū. sed quia fallacia ē pⁱncipiū syllogismi sophistici. Est eīm fallacia locus sophisticus. vnde sicut locus dyaleticus est principiū syllogismi dyaletici. ita locus sophisticus est pⁱncipiū syllogismi sophistici. Et per hoc habetur causa materialis huius tractatus. Sed causa finalis eius est perfecta cognitio syllogismi sophistici.

quãtum ad resolutionem eius in suas causas. Sed eius causa formalis est
duplex. scilꝫ forma tractandi ⁊ modus ꝓcedendi. Et forma tractatus q̄ est
diuisio huius traceatus ꝑ partes suas. Unde p̄mo determinat de syllo̅
sophistico in ꝯmuni. Secũdo in spẽali ostendẽdo qualiter fit in singulis fal
lacijs ¶ Sciendũ p̄mo ꝙ ad cognoscendũ syllogismũ sophisticũ in com
muni supposita tñ definitõe syllogismi p̄us posita. Autor p̄mo diuidit syllo
gismũ in ꝯmuni ꝑ demonstratiuũ. dyalcticũ. et sophisticũ. Cuius diuisionis
rõ est. quia om̄is syllogismus ꝯtractus ad materiam spẽalem vel fit in ma
teria necessaria. ⁊ sic est demonstratiuus. vel fit in materia ꝓbabili simplici
ter. ⁊ sic est dyaleticus. vel apparenter. ⁊ sic est sophisticus. Et non est diui
sio generis in species. q꞉ nõ datur ꝑ differentias formales. sed differentias
materiales. eo ꝙ sumũtur ex parte materie ad quam ꝯtrahitur syllogismꝰ.
sicut qñ̄do circulus diuidiᷓ ꝑ circulum aureũ. argenteũ. ⁊ cupreum. sic etiã
est in diuisione subiecti in accidẽtia. q꞉ esse ex auro accidit circulo. Ita hec di
uisio syllogismi vel est subiecti in accidentia ⁊ nõ analogi vel equiuoci. licet
syllogismus demonstratiuus sit ꝑfectior ex parte materie sophistico ⁊ dya
letico. et etiã ex parte finis. q꞉ demonstratiuus ordinaᷓ ad scientiam. ⁊ dya
leticus ad opinionẽ. ¶ Sciendũ secũdo. ꝙ syllogismus demonstratiuus
est qui ex p̄mis veris ⁊ imediatis aut ex talibꝫ que per aliqua p̄ma ⁊ vera
p̄ncipiũ sue cognitionis sumpserũt. In qua definitione ponitur syllogismꝰ
loco generis. ⁊ totũ residuũ ponitur ad differentiã syllogismi dyaletici ⁊ so
phistici. et ibi ponũtur due partes ad explicandũ diuersos modos demon
strationis. Est eñ q̄dam demonstratio ꝓpria ⁊ potissima que videlꝫ ꝓcedit
ex p̄missis imediatis ⁊ indemonstrabilibꝫ. ⁊ illud datur intelligi cuꝫ dicit ex
premissis veris. Alia est demonstratio que ꝓcedit ex premissis necessarijs.
nõ tamẽ indemonstrabilibꝫ. imo possunt demõstrari per alias p̄ores demõ
strationes. vt demonstratio q꞉ est vel ꝓpter quid. tamẽ nõ potissima. Et in
telligiᷓ illud ꝑ illam particulam que ꝑ aliqua p̄ma ⁊ vera ⁊c̃. Et dicũtur p̄
ma vera que ꝑ seipsa ⁊ nõ ꝑ alia habent cognitõem. vt p̄ma p̄ncipia. q̄ per
seipsa cognoscũtur ⁊ nõ ꝑ aliqua p̄ora. ¶ Sciendũ tercio. ꝙ syllogismus
dyaleticus est qui ex ꝓbabilibꝫ syllogisaᷓ. In qua definitione poniᷓ syllogis
mus loco generis. et poniᷓ ex ꝓbabilibꝫ ad differentiam demõstratiui ⁊ so
phistici peccantis in materia. qui licet sit syllogisatus. nõ tamẽ ex ꝓbabilibꝫ
sed ex apparentibꝫ tm̄ est syllogisatus. Est aũt ꝓbabile qꝺ videᷓ om̄ibꝫ vel
pluribꝫ sapientibꝫ vel maxime notis. Et ponũtur ille tres partes ꝓbabilis
ꝓpter tria genera ꝓbabiliũ. q꞉ quoddã est probabile quod apparet vel om
nibꝫ. vt om̄is mater diligit filiũ. Aliud est qꝺ videtur pluribꝫ ⁊ nõ omnibꝫ
vt ꝙ omnis homo instruat et corripit filium Aliud est quod solum videtur
sapientibꝫ. vt ꝙ sol sit maior tota terra. Unde semper syllogismus dyaleti
cus procedit ex aliqua istaꝝ probabilium. vt satis visum est in locis dyaleti
cis ¶ Sciendum quarto ꝙ triplex est syllogismus sophisticus. quia q̄
dam est peccans in materia tantuꝫ. quidam in forma tm̄. ⁊ quidam in vtro
ꝗ. Peccans in materia tm̄ est qui procedit ex premissis falsis vel ex aliqua
falsa. vt omnis homo est species. sortes est homo. ergo sortes est species.
Peccans in forma tm̄ est qui procedit ex premissis veris et nõ in forma syl
logismi veri. vt homo est species. socrates est hõ. ergo socrates est spẽs. Sꝫ

in vtroq; peccans est qui nō est in debita forma syllogismi.et ꝓcedit ex pre-
missis falsis vel aliq̄ falsa. vt omis hō est aīal.lapis est aīal.ergo lapis est hō
Et definit̄ sic. Syllogismus sophisticus est sillogismus apparens ⁊ nō exi-
stens Nam si sit peccans in materia tm̄ ⁊ nō in forma apparet esse ex ꝓbabili
bus.et ꝑ hoc apparet dialeticus. Et si sit apparens in forma. vel in vtroq;
est apparens syllogismus ⁊ nō existens.nec etiā est dialeticus. Et fm Are
stotelē p̄mo topicoꝝ sic diffinit̄. Est qui ex his que vident̄ probabilia. nō sūt
nūt.et qui ex ꝓbabilib⁹.aut ex his que vident̄ probabilia est apparens. vbi
ꝑ hoc qđ đr ex his que vident̄ ꝓbabilia.intelligit̄ peccans in materia tm̄ .s;
ꝑ hoc qđ đr ex ꝓbabilib⁹ peccat in forma tm̄.sed ꝑ hoc qđ dicit̄ aut ex his ⁊c
intelligit̄ peccans in vtroq; Contra p̄dicta arguit̄ p̄mo sic. syllogismus
tentatiuus est syllogismus. ⁊ tamen non enumerat̄ in ista diuisione syllogis
mi.ergo non est sufficiens. Secūdo sic.aliquis est syllogismus falsigra-
phus ⁊ non ponitur in ista diuisione.ergo diuisum excedit membra diuidē
tia Tercio sic.demonstratio per impossibile ꝓcedit ex falsis.q꞉ capit oppo
situm ꝯclusionis probande cū vna manifeste falsa ad inferendum manifeste
verum.et tamen definitio demonstrationis sibi nō ꝯuenit.et sic nō cōuenit
cuilibet ꝯtento sub definito Quarto sic.syllogismus dyaleticus qn̄q; fit
ex necessarijs.ergo nō semꝑ procedit ex probabilib⁹ Quinto sic.oīe il-
lud qđ nō est existens nullā habet apparentiā .sed syllogismus sophisticus
nō est existens.ergo nō est apparēs.cum apparentia p̄supponit esse.ergo cō-
tra definitionē eius ¶ Ad p̄mū đr.ꝙ licet syllogismus tentatiuus ex par
te finis distinguat̄ ab istis syllogismis.non tamen ex parte materie .et quia
ista diuisio sumitur ex parte materie syllogismi.ideo hic non ponitur tenta-
tiuus. Unde syllogismus tentatiuus quandoq; procedit ex necessarijs qn̄-
q; ex probabilib⁹.quandoq; ex non probabilib⁹.ex eo ꝙ fit ex his que conce
duntur a respondente.que quandoq; sunt necessaria.quādoq; vero impos-
sibilia. Est eīn syllogismus tentatiuus qui procedit ex his que vident̄ re-
spondenti esse necessaria. ⁊ qui eum inuadit oportet ꝙ ex talib⁹ principijs ꝓ-
cedat Ad secūdum dicitur ꝙ syllogismus falsi graphus quia procedit ex
principijs alicuius scientie male intellectis aut ex oppositis principioꝝ.ideo
fit in eadem materia sicut syllogismus demonstratiuus. ⁊ potest intelligi
per ipsum. Ad tercium dicitur.ꝙ hic non definitur demonstratio in com
muni,que diuiditur per demonstrationem ostensiuam ⁊ ad impossibile.sed
definitur pro demonstratione ostensiua tm̄.que diuiditur in demonstratio-
nem propter quid.et in demonstrationem quia est. Et demonstratio pro-
pter quid iterum diuiditur.in demonstrationem potissimam . ⁊ in demon-
strationem non potissimam Et demonstratio quia est. diuiditur in demon
strationem procedentem a causa ad effectum.et per demonstrationem pro
cedentem ab effectu ad causam remotam.et ideo demonstratio ad imposi
bile non continetur sub definito huius definitionis Ad quartum dicitur
ꝙ licet syllogismus dialeticus quandoq; procedat ex necessarijs vel appa-
rentib⁹ sub modo probabilium ⁊ contingentium.tamen non fit ex necessa-
rijs vt necessaria sunt ⁊ inquantum habent necessariam habitudinē ad cō-
clusionem.quia sic esset demōstratio. Ideo ille syllogismus semꝑ ꝓcedit ex
ꝓbabilib⁹ vel ex apprentib⁹ tanq; ꝓbabilib⁹ Ad quintū đr ꝙ syllogism⁹

sophisticus nõ dr existens simpliciter. sed dr nõ existens talis sicut apparet qr apparet dyalecticus ꝛ nõ est. sed tamen est syllogismus simpliciter existẽs sicut etiã auricalcũ est nõ existẽs aurũ sicut apparet ꝛ tñ est existens.

Disputatio est actus syllogisticus vnius ad alterũ ad aliquod ꝓpositũ ostendendũ. Disputationis quatuor sunt species. scʒ doctrinalis. dyaletica. tentatiua. et sophistica. Disputatio doctrinalis est. que syllogisat ex ꝓprijs principijs vniuscuiusqʒ discipline ꝛ non ex his que videntur respondenti. Et huius disputationis instrumentũ est syllogismus demõstratiuus. Disputatio dialetica est que ex probabilibꝰ syllogisat. et est collectiua contradictionuʒ. et eius instrumentum est syllogismus dyaleticus. Tentatiua vero disputatio est que syllogisat ex his que videnᷣ respondẽti et necesse est eum scire qui se simulat habere scientiam. huius autem disputionis instrumentuʒ est syllogismus tentatiuus. Syllogismus tentatiuus est qui procedit ex his que videntur respondenti. Disputatio sophistica est que ꝓcedit ex his que videnᷣ ꝓbabilia et non sunt. Huius auteʒ disputationis instrumentum est syllogismus sophisticus

Postqʒ autor posuit definitiones syllogismi dialetici ꝛ demonstratiui ꝛ sophistici. Hic ꝯsequenter determinat de causa finali eius ostendendo quomodo ordinatur ad quinqʒ methas seu fines disputationis sophistice. et qr mediante disputatione peruenimus ad istas methas. Ideo dicendum est primo de disputatione qʒ de methis. Est autem disputatio actus syllogisticus vnius ad alterum ad aliquod ꝓpositum ostendendum. In qua definitione explicatur causa formalis ipsius disputationis. cũ dicitᷣ actꝰ syllogisticus. Actus em̃ habet se vt genus ꝛ est forma ꝯmunis eiꝰ. ꝛ syllogisticus habet se vt differentia. Et sumitᷣ hec differentia ab instrumento mediante quo fit actus. scʒ a syllogismo Et per hoc ꝙ dicitur vnius ad alterum scʒ opponentis ꝛ respondentis explicatur causa efficiens disputatiõis. Et ꝑ hoc ꝙ dr ad ꝓpositum ostendendũ explicatur finis imediatus ꝛ ꝓpinquus disputationis. qr in omi disputatione hec requirũtur. scilʒ opponens qui disputat. et respondens cũ quo disputatᷣ. et illud de quo disputatᷣ. ꝛ actus disputandi. et instrumentum mediãte quo fit talis actio. Et ista oĩa sufficiẽter explicantᷣ in definitione. vt pʒ satis inductiue de predicta definitione

Tractatus sextus.

¶ Sciendū primo q disputatio diuiditur p disputationē doctrinalē dyaleticā tentatiuā z sophisticā. Quarū sufficientia sic habetur. quia omis disputatio fit ad habendū experimentū de habitu generato vel ad generationem habitus. Si pmū sic est disputatio temptatiua. Si secūdū hoc est dupliciter. vel fit ad generatōem habitus apparentis z sic est sophistica. qui fit ad acquirendū apparentem sapientiā. vel fit ad generatōnem veri habitus Et hoc est dupliciter. vel talis habitus est firmus z sine formidine de opposito. et sic est disputatio doctrinalis que est generatiua scientie. vel est cū formidine de opposito sicut est opinio. et sic est disputatio dyaletica. Et sic patz qūo iste disputatōes distinguūtur sm suos fines. qz doctrinalis ordinatur ad generatōem veri habitus. Sed dyaletica ad generandū opiniones. z tēptatiua ad habendū experimentū de scientia respondentis. et sophistica valet ad deceptōem respondentis ad vanā gloriā z sapientiā apparentē. z differūt sm suas materias. vt satis patz in suis definitōibz. Et etiam sm sua instrumenta in quibz fiunt. qz instrumentū disputatōnis doctrinalis est syllogismus demōstratiuus. et dyaletice syllogismus dyaleticus. z temptatiue syllmus temptatiuus. et sophistice instrumentū est syllmus sophisticus

¶ Sciendū secūdo. q disputatio doctrinalis est que fit ex ppriis principiis alicuius scientie. z ex his que videntur respondenti. Cuius rō est. qz disputatio doctrinalis est generatiua scientie. sed ad generandū sciētiam oportet pcedere z arguere a ppriis pncipiis scientie. qbz generatur siue videtur respondenti verum siue nō. qz oportz ipm addiscentē credere donec melius sapiat. Et p hoc differt ista disputatio a dyaletica que procedit ex cōmunibz z a temptatiua z sophistica. Et doctrinalis disputatio est quidā motus rōnis q ordinatur ad sciam tanq ad suū finem. ideo sm diuisionem scientiarū in quibus est disputatio doctrinalis habet diuidi disputatio doctrinalis in suas spēs. Sed disputatio dyaletica est que ex pbabilibus syllogisat. z est collectiua ptradictionū. Cuius rō est. qz disputatio dyaletica fit ad generandum opinionē. sed opiniones nō generantur nisi ex pmunibz probabilibz. Ideo talis disputatio pcedit ex pbabilibz. z qz ex pbabilibz pt argui ad vtrāq partem ptradictiōis. ideo ipsa dicitur collectiua ptradictionū z sm tres fines dialetice. dialetica hz tres spēs. qz quedā est ordinata ad opinionē. quedam ad exercitatiōem. z quedā ad phie disciplinas. qd iteruz pt diuidi sm quatuor pdicata de quibz fit. ¶ Sciendū tercio. q disputatio temptatiua est que fit ex his que videntur respondenti z necesse est eum scire qui se simulat habere sciam. Cuius rō est. qz disputatio tētatiua fit ad hndū experiētiā de scia respōdentis. sed expientia scie sumitur ex his que videntur z sunt pbabilia. ideo ista disputatio pcedit ex pbabilibz respondentis. z nō pcedit ex necessariis ptingentibz z impossibilibz nisi inqntum sunt probabilia ipsi respondēti. Et qz in qualibet scientia psupponūtur pncipia pmunia z ipsis ignoratis necesse est ppria ignorare. Ideo hec disputatio pcedit ex pncipiis pmunibz q necesse est scire illū qui simulat se habere sciam. Et diuiditur hec disputatio in diuersas spēs sm diuersas scientias de quibz disputatur. Sed disputatio sophistica est que ex apparenter probabilibz sillogisat. Et rō est. qz disputatio sophistica fit ad generandum apparentem scientiam que habet generari procedendo ex apparentibz Et diuiditur in quinq species. sm q fit ad qn

ꝗ methas. videlicȝ ad redargutōem. ⁊ sic de alijs ¶ Sciendum quarto
ꝙ disputatio rerum potest dupliciter considerari. Uno modo ſm id quod
est. ⁊ prout est actus syllogismi ad aliquod propositum ostendendum. ⁊ isto
modo disputatio doctrinalis est perfectior omnibꝫ alijs disputationibus.
quia perfectius ostendit aliquid .et ideo est verior actus syllogisticus De-
inde dyaletica. tercio tentatiua. et vltimo sophistica. Alio modo considerať
ꝗ̄tum ad nominis interpretatōem. Dicitur eñ disputatio quasi diuersoꝝ
putatio. et hoc modo sophistica est perfectior omnibꝫ alijs. quia in disputa-
tione opponens ⁊ respondens intendūt simpliciter diuersos fines .quia op-
ponens intendit vincere suū respondentem. ⁊ respondens intendit nō vin
ci ab opponente. Et disputatio doctrinalis est vltima. et licet disputatio di-
citur prius de vno membro ꝗ̄ de alio ⁊ vna sit perfectior alia. tamē ista nō
est diuisio analogi in sua analogata. qꝛ disputatio in ꝯmuni non ꝯuenit vni
membro per alterū. sed est diuisio generis in suas spēs vel habentia moduȝ
specierum ¶ Contra p̄dicta arguiť p̄mo sic. aliqua disputatio fit per in
ductōem et est actus inductiuus. ergo male dꝛ in definitione disputatiōis
ꝙ est actus syllogisticus Secūdo sic. disputatio sophistica fit ad generan
dum deceptōem in respondente. ergo nō fit ad ostendendū aliquod ꝓposi-
tum. et sic definitio disputationis nō ꝯuenit cuilibꝫ disputationi. Tercio
sic. disputatōes distinguūtur ſm suos fines. sed disputatio doctrinalis ⁊ dy
aletica ambe ordinantur ad scientiā. qꝛ disputatio dyaletica fit ad acquiren-
dum scientiā phie. ergo iste due spēs non distinguūtur ab inuiceȝ. Quar
to sic. disputatio doctrinalis ꝓcedit quandoqꝫ ab effectu ad causam. sed ef-
fectus non est p̄ncipium sue cause. ergo non semper procedit ex ꝓprijs prin-
cipijs alicuius scientie Quinto sic. opinio nō simul habetur de cōtrarijs
qꝛ nemo potest simul duo ꝯtraria opinari. sed disputatio dyaletica est gene
ratiua opinionis. ergo determinate fit ad vnā partē ꝯtradictionis. et ꝑ con
sequens male dicitur ꝙ sit collectiua ꝯtradictionū ¶ Ad primuȝ dicitur
ꝙ licet aliqua disputatio fiat per inductionem tanqꝫ per instrumentū incō-
pletum ⁊ imperfectum. nō tamen tanquā per instrumentum completum ⁊
ꝑfectum. sed solum per syllogismū. Uel potest dici ꝙ ibi syllogismus capiť
in ꝯmuni pro argumentatione ⁊ non specialiter vt distinguitur ab alijs spe
ciebus argumentationis. Ad secūdum dicitur. ꝙ licet disputatio sophi-
stica ex consequenti generet deceptōem in respondente. non tamen primo ⁊
per se. quia fit ad aliquam conclusionem ostendendam ipsi respondenti
Ad terciū dicitur. ꝙ disputationes distinguuntur ſm suos fines proprios.
modo scientia non est finis proprius disputationis dyaletice. sed opinio. li-
cet ex consequenti ordinetur ad scientiam ad quam opinio disponit. Ad
quartum dicitur. ꝙ licet effectus non sit principium essendi suarum causarū
tamen bene est principium cognoscendi. Ideo disputatio procedens ab effe
ctu ad suam causam potest procedere ex ꝓprijs principijs alicuius scientie.
vt patet per disputationem doctrinalem que fit per demonstrationem.
Ad quintum dicitur. ꝙ licet disputatio dyaletica nō potest simul ⁊ semel
generare firmam opinionem de duobꝫ contradictorijs. tamen potest ꝓbabi-
liter ostendere vtranqꝫ partem ad capiendum dubitationem de vtroqꝫ cō-
tradictoriorum. ratione cuius dicitur disputatio collectiua ꝯtradictionum

Tractatus sextus

Syllogismus sophistic⁹ ordinat̄ ad q̄nq; methas. q̄ sunt redargutio. falsuz. inopinabile. soleocism⁹. ⁊ nugatio ¶ Redargutio est prenegati concessio vel preconcessi negatio in eadē disputatione vi argumentationis facta. Unde nisi vi argumentationis hoc quis faciat nō propter hoc erit redargutus. Similiter nec in diuersis disputationibus. Falsum vt hic sumitur est manifeste falsum. Nam si sophista ducat respondentem ad falsum occultum non propter hoc assequitur suum finem. ¶ Inopinabile est quod est cōtra opinionē omniū vel plurium vel maxime sapientum. vt matrem nō diligere filium ¶ Soleocismus est vicium in contextu partiuz orationis contra regulas artis grāmatice factū. vt vir mea. ¶ Nugatio est vaius ⁊ eiusdem inutilis repetitio. vt homo homo currit. Dico autem inutilis repetitio. quia si idem repetatur ad maiorem expressionem laudis. affectiōis. vel vituperij nō esset nugatio. vt deus deus me⁹. latro latro quo vadis. Isti autem quinq; fines ordinantur vlterius ad vnū finem principalem qui est apparens sapientia ⁊ non existens Sophista autem ducit ad istos fines suū respondentem. nisi per eos deueniat ad vltimū finem principalem qui est apparens sapientia. Et cum quilibet debet p̄meditari suū finē ideo determinatio finiū dz p̄cedere determinatōez fallaciaꝝ.

Postq̄ autor determinauit de syllogismo sophistico qui ordinat̄ ad disputationem sophisticam. et de disputatione sophistica que ordinatur ad q̄nq; methas s̄m quas distinguitur. Consequenter determinat de methis. et metha est incōueniens ad quod opponens videtur ducere suū respondentē Ratio est. quia metha ꝓprie dicta et s̄m ꝯmunez vsum dicitur terminus alicuius spacij. Et dicitur a metior. quia s̄m tales terminos vel fines spaciuz mensuratur. ita in disputatione sophistica metha est terminus vltra quem non oportet procedere disputationem sophisticam. sed ille terminus est incōueniens ad quem opponens ducit respondentem. quia habita tali inconuenienti cessat sophistica disputatio. Et dicitur videri ducere respondentez quia opponens sophista non semper ducit respondentem ad inconueniens simpliciter. sed sibi sufficit q̄ assistentib⁹ videatur. Ratio est. quia per hoc videtur sapiens et habere apparentem sapientiam que est finis eius. ipse enim magis appetit videri sapiens et non esse q̄ esse ⁊ non videri sapiens

¶ Sciendum primo q̄ quinq; sunt methe. scz redargutio. falsum. inopinabile. soleocismus ⁊ nugatio. Quarum sic potest haberi sufficientia. q2 omnis metha est inconueniens conclusum contra respondentem. vel ergo tale

se tenet ex parte sermonis disputationis. vel ex parte rei. Si secundum hoc
est dupliciter. vel ex parte rei absolute ⁊ sic est falsum. Uel respectiue. ⁊ hoc
est dupliciter. quia vel sumitur per respectum ad dicta respondentis vel ad
opinionem eorum quos insequitur. si primum sic est redargutio. si secūdum
sic est inopinabile. Si ex parte sermonis hoc est dupliciter. vel se tenet ex pte
substantie orationis. et sic est nugatio. vel ex parte suorum accidentium scz
sue congruitatis. et sic est soleocismus. Et quia metha est inconueniens ad
quod opponens ducit respondentem ⁊ vnum est manifeste inconueniens scz
credere duo contradictoria quod fit in redargutione. ideo redargutio inter
omnes species est perfectior. deinde falsum. et consequenter alia per ordinē
¶ Sciendum est secundo. ꝙ redargutio est preconcessi negatio vel pre-
negati concessio vi argumentationis et in eadem disputatione Et ratio est
quia redargutio dicitur a re. quod est iterum. et argumentatio. quia fit cum
respondens arguit seipsum. sed hoc est negando preconcessum. vel concedē
do prenegatum. Ideo bene dicitur preconcessi negatio. Et dicitur vi argu-
mentationis. quia aliquis sustinendo vnum probleuma in disputatione vo
luntarie concedit contradictoria. sed non est propterea redargutus. Et di
citur in eadem disputatione. quia si in diuersis disputationibus respondens
concedat contradictoria. vel neget quod prius concessum est in alia dispu-
tatione. propter hoc non reducitur ad methas. quia non ducitur ad incon-
ueniens quod apparet ex preconcessis. Et licet concedens duo contradicto-
ria semper concedit aliquod falsum. quia ambo cōtradictoria non possunt
esse simul vera nec ambo simul falsa. tamen non reducitur ad metham falsi
quia non semper concedit aliquod manifeste falsum. quia ambo contradic-
toria quādoqꝫ sunt obscura Et ꝓpter hoc redargutio differt a metha falsi
¶ Sciendū tertio ꝙ metha falsi est manifeste falsi ꝯcessio. vt si ꝯcedit ali
quis ignem nō esse calidum. Et dicit̄ manifeste falsi. q2 si ꝯceditur aliquod
falsum obscurū non videtur inconueniens assistentib9. Ideo ibi non est me-
tha sophistice disputatōis. quia per hoc ꝙ opponens sophista qui appetit vi
deri sapieos nō acquirit sapientiam apparentē. ¶ Item inopinabile dicitur
qđ est ꝯtra opinionem omniū vel plurium. vel illorum quos respōdens in
sequit̄. Et metha inopinabilis est ꝯcessio alicuius quod est contra opinio-
nem illorum coram quib9 fit disputatio. dato ꝙ verum sit. nihilominus ta-
men ducitur apparenter ad inconueniens ⁊ ibi est metha. vel etiam si conce
dat aliquid contra opinionem doctorum quos insequitur. Et ꝟm opinio-
nem illorum iterum ducitur ad inopinabile apparenter. ¶ Sciendū quar-
to ꝙ soleocismus est viciū in orōne ꝯtra regulas artis grāmatice factū. Et
pertinet ad grāmaticum inquantum dicit ꝯgruitatē vel incōgruitatē oratōis
sed ꝟm ꝙ impedit veritatē ꝓpōnis que includit̄ in argumentatiōe ꝯsiderat̄
a logico. Et talis ꝯcessio argumentatiōis est metha soleocismi. sed q2 oīnis
metha habet ꝯcludi in paralogismo ꝯtra respondentē. et paralogismus est
logice ꝯsideratōis. ergo soleocismus illo modo consideratus erit logice con
siderationis. et barbarismus qui fit in litteris ⁊ syllabis et dictionib9 corri-
piendo videlz syllabam longā et ecōtra clauditur sub soleocismo ⁊ sub me
tha soleocismi si ꝑ ea fiunt argumentatiōes ꝯtra respondētem. Sed nuga
tio est vnius et eiusdem dictōis ex eadem parte inutilis repetitio. vt hō hō

Tractatus sextus

dum q̄ qñ aliqua duo accidentia p̄dicātur de aliquo quorū primū in subiecto est per alterū et non per se. et ex talibus diuisim captis non licet inferre cōiunctū vel econtra. vt iste est albus et est monachus. ergo est albus monachus. Nā albedo nō est in subiecto ſm se. sed ſm habitū. Similiter ex coniunctis nō licet inferre diuisum. quādo ista que cōiungūtur diminuunt de rōne alterius. vt ille homo est mortuus. ergo est homo et mortuus. In oībus aūt alijs licet ex coniunctis inferre diuisuz. sed illud vltimū argumentum facit fallaciam ſm quid ad simpliciter. Accidens sic diffinitur ab Arestote. Accidens est quod ē extraneū in parte idem et in p̄te diuersum ſm accidens fiūt palogismi quādo idē similiter fuerit assignatū inesse rei subiecte ⁊ accidēti vt homo est spēs. sortes est homo. ergo sortes est species. homo eīn ſm q̄ sibi conuenit esse speciem aliter capitur a modo per quē conuenit sorti et platoni. quia cōuenit ei esse speciem. vt est essentia quedā cōmunis predicabilis de pluribus. et put est in pluribus sic est in sorte et platone. et sic ē sortes accidens. homo vero res subiecta. et species significat vtrisq̄ inesse Unde accidēs nō sumit hic vt diffinit a Porphirio sed vt dictum est

¶ Postq̄ autor determinauit de fallacijs extra dictōem in generali. hic cōsequēter determinat de ip̄is in spēali. Et p̄mo de fallacia accidentis. q̄ inter oēes istas efficacior est ad decipiendum. Rōne cui⁹ p̄mo diffinit accidens quod est extraneum in p̄te idem et in parte diuersum ab alio. Accidens eīn tripliciter capitur. Uno modo pro illo quod dicit absolute naturam accidentis. ⁊ sic distinguitur cōtra substanciā. Alio modo magis cōmuniter pro illo quod aduenit rei post suum esse completum. et est extra essentiam eius. ⁊ intellectum. vt homo respectu animalis. Tertio capitur magis cōmuniter pro omni illo quod est extraneū alteri. inq̄ztū stat pro aliquo tertio. et hoc modo non soluz inferius accidit superiori. s; etiā superius inferiori. vt si sortes accipiatur sub attributo indiuiduū homo accidit sorti. quia est sibi extraneum inq̄ztum sibi conuenit intentio indiuidui. Homo eīn p̄tim conuenit ⁊ p̄tim differt a sorte. et ideo per hoc dicit accidens ⁊ pro illo datur p̄sens diffinitio. et ab ip̄o sumitur fallacia accidentis. ☞ Sciendum p̄mo q̄ in fallacia accidentis semp̄ tria requiruntur. sc; attributum res subiecta et accidens Attributum est maior extremitas que in p̄missis attribuitur medio. Res subiecta est que primo attribuitur medio vel in actu vel in aptitudine. Accidens vero est illud quod p̄tim conuenit et p̄tim differt a re subiecta. ⁊ accidit sibi inq̄ztū stat sub illo attributo. vt hic. sortes est indiuiduum sortes est homo. ergo homo est indiuiduum. Indiuiduū eīn est attributū. sortes est res subiecta.

hic accidens diffinitur

in modo

homo vero est accidēs. qz accidit sorti ea pte qua sortes stat sub illo attri buto qd ꝯuenit sorti inquantū differt ab hoīe. et inde videndū est q̄ sint cause huius fallacie. Causa apparētie est ptialis ꝯuenientia accidētis cum re subiecta vel ipius medij qd ꝯm diuersas rōnes ꝯuenit cū extremis ꝓpter quā credit ꝙ accidēs ꝯueniat cū re subiecta ea pte qua sibi ꝯuenit attributum Causa defectus est diuersitas accidētis ⁊ rei subiecte vel ipius medij quod ꝯm diuersas ratōes cōuenit extremis. Et ꝯm hoc sic diffinitur ista fallacia. est ydoneitas decipiendi prouenienens ex ptiali ydēptitate accidentis cum re subiecta. que tamē differunt ꝯm diuersas ratōnes et semper ꝯmittit ista fallacia quādo propter cōuenientiā duorū in aliquo tertio ꝯm diuersas ratōnes credit cōuenientia ipoꝝ inter se et quādo vnū negatur ab alio ea parte qua differt ab ipso respectu sui accidentis.

¶ Sciendum est secundo. ꝙ huius fallacie tres sunt modi. Primus est. quādo accidēs est inferius rei subiecte. ⁊ ꝓpter hoc p̄dicamētū attributū rei subiecte. etiam attribuitur inferiori eius ꝯm quem modū sic paralogisatur animal est genus homo est animal. ergo homo est genus. ibi genus est attributum cōueniens animali ea pte qua differt ab homine. Et propter hoc infertur de homine qui accidit aīali vt stat sub illo attributo. Similiter hic. oīne es est naturale. statua est es. ergo statua est naturalis. ibi naturale cōuenit eri vt est in actu. et statua sibi cōuenit vt est in potētia ad figuram eius. et ita accidit ei prout stat sub illo attributo. Similiter ibi. omnis hō est animal. equus est aīal. ergo equus est homo. Equus enim accidit aīali cōsiderando animal prout conuenit cū homine. Similiter hō non est indiuiduum. sortes est hō. ergo sortes nō est indiuiduū. ibi indiuiduum negat de hoīe ea pte qua differt a sorte. Et oēs isti paralogismi soluuntur negando cōsequētiam. qz non oportet ꝙ si aliquid affirmet vel negetur de supiori ea pte qua differt ab inferiori ꝙ ꝓpter hoc ꝯueniāt vl' differant inter se cum ibi medium nō teneatur sub eadem ratione in premissis et in ꝯclusione ¶ Sciēdū tertio. ꝙ secūdus modus huius fallacie est. qn̄ accidens est supius rei subiecte. et id quod conuenit superiori ea parte qua differt ab inferiori infert de supiori vt hic. hō est spēs. substātia est hō ergo substātia est spēs. hic spēs attribuit substātie ea pte q̄ differt ab hoīe idō substātia accidit ei vt stat sub illo attributo Sil'r iste est albus ⁊ iste est monachus. g̃ iste est alb⁹ monachus. albuz eīn est supius accn̄tale huic hoī. ⁊ differt ab isto hoīe inquantū sibi attribuit h̄ attributū monachus Un̄ ꝓpter h̄ ꝙ iste hō ponit alb⁹ ꝯm se infert ꝙ sit alb⁹ ꝯm habitū Sil'r h. iste canis est tuus. ⁊ iste canis ē pater. g̃ iste canis est pr̄ tuus. etiā in alijs arguēdo a diuisis ad ꝯiūcta. ⁊ isti paralogismi soluunt negādo ꝯñam. qz nō valz ꝙ aliqd si ꝯueniat inferiori ea pte q̄ differt a supiori ꝙ etiā ꝯueniat suo supiori. nō eīn oportet sp ad ꝯmittēdū illū modū ꝙ sumit illd qd est simpl'r supi⁹. sz sufficit ꝙ sit supi⁹ ꝯm rē vl' ꝯm modū. Sciēdū q̄rto. ꝙ tertius modus hui⁹ fallacie ē. qn̄ accn̄s est ꝯuertibile respcū rei subiecte. vt h. risibile est q̄litas. hō est risibil'. g̃ hō est q̄litas. vel sic. risibile ē ꝓpriū. hō est risibilis. g̃ hō est ꝓpriū. ꝓpriū eīn ꝯuenit vni ꝯuertibiliū ea pte qua differt ab alio. et ꝓpter hoc non infertur bene de alio. Similiter hic homo est quid incōplexum. animal rōale est homo. ergo animal. rōnale est q̄d incōplexū.

Ibi em̃ aĩal rationale attribuitur hoĩ vt stat sub illo attributo incõplexuз quod cõuenit sibi inq̃ʒtum differt a sua diffinitõne. ꝛ ꝑpter hoc non infertur bene de aĩali rõnali. Et soluunt isti ꝑalogismi negando ꝯsequẽtiam. qꝛ si aliquid affirmat vel negat de vno ꝯuertibilium ea ꝑte qua differt ab alio. non ꝑpter hoc oportet ꝙ affirment vel negent de se. et hec assignatio modorũ huius fallacie accidentis ꝛ rei subiecte ponit ſm ph̃m in suis fallacijs. licet ponat hic in textu alia assignatio que faciliter pt videri ibidem ☞ Contra predicta arguit ꝑmo sic. nulla est fallacia substantie. ergo a simili nulla erit fallacia accidẽtis. Scdo sic. mediũ in omni fallacia est in ꝑte idem ꝛ in ꝑte diuersum ab extremitatibꝫ. si ergo accidens vt hic sumitur sit idem. hoc est ꝙ importat in ꝑte idem et in ꝑte diuersum sequit ꝙ in omni syllogismo erit fallacia accidentis qḋ est falsum. Tertio sic. illud qḋ est de essentia rei nõ est accidens ipsius. sed oẽ superius est de essentia sui inferioris. ergo nullum suꝑius accidit suo inferiori. Quarto sic. arguendo ex puris affirmatiuis in secũda figura cõmittit fallacia accidẽtis. et tamẽ ille modus non assignatur inter istos modos. ergo male assignatur Quinto sic. a diuisis ad ꝯiuncta est bona ꝯsequentia. vt ptз. ij. Perihermenias. ergo illo modo non ꝯmittit fallacia accidentis.

¶ Ad primũ dicit. ꝙ hic nõ capit accidẽs vt distinguit cõtra substantiaз vel vt sibi opponit. ideo nõ sequit ꝙ si nulla sit fallacia substãtie ꝙ etiã nulla sit fallacia accidentis Ad secũduз dꝛ ꝙ licet in omni syllogismo malo mediũ ꝑtim ꝯueiat ꝛ ꝑtim differat ab extremis. tñ in oĩ bono syllogismo nõ accipit vt ꝯueniens ꝛ differens ab ipis. sed in vtraqꝫ premissarũ tenetur sub eadẽ rõne. et extremitates in eo vniunt sub vna rõe ꝛ nõ sub diuersis. aliter nõ sequitur vnio extremitatũ inter se Ad tertium dicitur ꝙ licet nullũ suꝑius accidat simpliciter ꝛ absolute suo inferiori tñ bene sibi accidit ꝯꝑatiue ꝑ respectũ ad vnũ tertiũ qḋ ꝯuenit inferiori. ꝛ ꝑut differt a suꝑiori. Ad quartũ dꝛ. ꝙ arguendo a puris affirmatiuis in secunda figura cõmittit primus modus huius fallacie prius assignatus. et medium est res subiecta ꝛ inferius sibi accidit vt stat sub maiore extremitate Et licet tale mediũ non subijciatur actu maiori extremitati tñ subijcitur aptitudine ꝛ efficit subiectum eius reducendo ad ꝑmã figurã ꝑ ꝯuersionem maioris Ad q̇ntuз dꝛ ꝙ bñ tenet ꝯsequẽtia arguendo a diuisis ad ꝯiũcta vł ecõtra si saltem bñ arguat. sʒ qñ non bñ arguit ꝯmittit hec fallacia. nã arguendo a diuisis ad ꝯiũcta ꝑmo requirit ꝙ predicamentoꝝ diuersorũ vnũ sit substãtiale ꝛ determinabile. reliquum vero accidentale et determinatio. Secũdo requiritur ꝙ potentiale precedat actuale arguendo a ꝯiũctis ad diuisa requit etiam ꝙ in ꝯiũctis vnũ non sit determinatio priuãs ꝛ diminuẽs respectu alterius. sed ꝙ sit determinatio ꝯtrahẽs tm̃

Sequitur de fallacia ſm quid ad simpliciter. Dictum ſm quid appellatur hic determinatio diminuens de ratione vel de esse cui adiungitur. vt cum dico homo mortuus. Mortuum enim diminuit de ratione hominis. Dictũ simpliciter appellatur aliquid indiminutũ vt hõ

Fallacia ꝭm quid ad simplr est idoneitas decipiendi ꝓueni/ens ex apparēti ꝯsequētia dicti ꝭm quid ad dictū simpliciter ☞ Causa apparētie huius fallacie est ꝯueniētia huius dicti quod est ꝭm q̇d ad aliud quod est simplr ⁊ ecōuerso. Causa falsitatis est diuersitas significatoꝝ. fit aūt hec fallacia tot modis quot modis ꝯtingit addere alicui determinatōem diminuentē. Primo mō ꝭm ꝑtem in modo. vt ille est hō mortuus. ergo est hō. nō seq̇tur. q2 mortuū diminuit de ratōe hominis. Et hic. chimera est ens opinabile. ergo est ens. nō seq̇tur. q2 opinabile diminuit de ratōne huius qđ est eē Secundo mō ꝭm ꝑtem integralē. vt ethiops est albus ꝭm dentes. ergo est albus Tertio mō in his q̄ sunt ad aliquid vt diuitie nō sunt bone male vtenti. ergo. nō sunt bone. nō seq̇tur. licet em̄ diuitie compate ad aliq̇d nō sunt bone. tamē in se sunt bone. Quarto mō in his q̄ ꝭm locū sunt. vt bonuꝫ est mactare patrē in triuanis. ergo bonū est mactare patreꝫ suū. vt sic bonū est vti dieta in locis egrotātis. ergo bonū est vti dieta. Quinto mō in his q̄ fiunt ꝭm tempus. vt bonū est ieiunare in q̇dragesima. ergo bonū est ieiunare. Uel sic expedit alicui mederi quādo egrotat. ergo expedit alicui mederi. nō sequit̄. q2 licꝫ expediat mederi ꝭm quid. nō tamē simpliciter. Sciendū aūt ꝙ in omnibꝫ istis inspiciendū ē ad ꝯtradictōem. vt si aliq̇s respōdens dicat ꝙ nō expedit mederi ⁊ opponens assumat ꝙ expedit mederi quādo egrotat nō ꝯtradicit ei. sed statim fallacia ꝭm quid ad simplr Et sciendū ꝙ eadem est fallacia si ex eo quod est ꝭm q̇d inferat̄ simplr et econuerso ⁊ intelligendū est ꝙ ista fallacia quando fit ab esse ꝭm q̇d vt in pluribꝫ fit affirmatiue. sed quādo fit a dicto simpliciter. vt in pluribus arguitur negatiue.

Postq̄ au. determiauit de fallacia accn̄tis. hic ꝯn̄r determinat de fallacia ꝭm q̇d ad simplr. rōe cuiꝰ ꝑmo videndū ē q̇d sit dictū ꝭm q̇d ad simplicit̄. Un̄ dictū simplr ē dictio sumpta sine determinatōe diminuēte vt hō ꝑse. ⁊ tale dictū đr simplr vt ē ꝑfectū ⁊ nō diminutū. Et dictū ꝭm q̇d ē dictū sumptū cū determinatōe diminuēte vt hō mortuꝰ. ⁊ ꝭm habitudinē talis dicti a ꝭm q̇d ad simplr sumit̄ vna fallacia special̄. eo ꝙ ibi reperiunt̄ cause speciales apparētie ⁊ defectꝰ. ¶ Sciendū ꝑmo ꝙ cā apparētie huiꝰ fallacie ē apparēs ꝯueniētia dicti ꝭm q̇d ad dictum simplr. ꝓpter quā crediniꝰ ꝙ talia dicta ꝯueniāt realr. ⁊ ꝙ vnū sub alio ꝯtineat̄. qđ tū

[illegible]

ē falsum. ⁊ ei⁹ cā defect⁹ ē diuersitas illoꝝ dictoꝝ Et ƀm hoc diffinit̾ hec fallacia. ē idoneitas decipiēdi ꝓueniēs ex apparētia dicti ƀm q̇d ad simpl'r et debꝫ attēdi ista ꝯueniētia nō ex ꝑte vocis. ſꝫ ex ꝑte rei. qꝛ nisi sic tūc ista eēt fallacia ī dcōe ſꝫ debꝫ attēdi ex ꝑte ƀcatoꝝ. ⁊ ƀm ꝙ hn̄t siłitudinē in re ƀcata q̄ ē analogia suoꝝ ƀcatoꝝ. sicut hō pict⁹ ⁊ hō hn̄t q̄ndā īter se ꝓportionē. iō ꝯueniēter ista fallacia dr̄ extra dictōez. ¶ Sciēdū scd̄o. ꝙ lꝫ dcm̄ ƀm q̇d in q̄ ponit̾ determinatio ꝯtrahēs tm̄ faciat locū dyaleticū vt dicendo ē hō alb⁹. g̊ ē hō s. a ꝑte in modū ad suū totū. tn̄ dictū ƀm q̇d cū determinatōe diminuēte vel ꝓuāte facit locū sophisticū. ⁊ talis determinatio impropria fit q̇nqꝫ modis. qn̄qꝫ em̄ ē absoluta. qn̄qꝫ respectiua. Si sit absoluta hoc ē dupl'r. vel determinat dictū cui adiungit̾ ratōe toti⁹ ꝓuando vel diminuēdo ratōem ei⁹. vt hō pict⁹ vel ens opinobile. vel determinat ip̄m respectu ꝑtis integralis sui subiecti. vt albū ƀm dentes. illa aūt q̄ est respectiua fit tripl'r. qꝛ q̄dā fit ꝑ relatōem ad aliud. vt hic. diuitie nō sunt bone male vtentib⁹. Et qn̄qꝫ sumit̾ respectu mēsure q̄ ē loc⁹. vt bonū est interficere patre in triuallis. Et qn̄qꝫ respectu tꝑis. vt bonū ē ꝓijcere merces in mari tꝑe tēpestatꝭ. iō ƀm istas determinatōes improprias ponuntur q̇nqꝫ modi hui⁹ fallacie. ¶ Sciendū tertio ꝙ ꝑmus mod⁹ hui⁹ fallacie ē arguēdo ƀm ꝑtem in mō diminuentē. vt iste hō ē pict⁹. g̊ ē hō Scd̄s mod⁹ ē arguēdo ƀm determinatōez diminuentē q̊ ad ꝑtem integralē. vt ethiops ē alb⁹ ƀm dentes. g̊ ē alb⁹. Et lꝫ in accidētib⁹ q̄ hn̄t determinatū sitū in subiecto. vt cecitas determinat oculū ⁊ simitas nasum. ⁊ sic ꝑ inherentiā ex vna ꝑte ex ꝯsequenti infert̾ totū. vt infirmitas hoīm denominat totū hoīem infirmū tn̄ accidētia q̄ indifferēter ꝯueniunt omnib⁹ ꝑtibus ꝑ inherentiā nō pn̄t denominare totū. vt albedo vel nigredo. Terti⁹ modus fit arguēdo cū determinatōe respectiua ad terminū extrinsecū. vt vinum ē malū febricitāti. g̊ est malū. Quart⁹ modus fit arguēdo cū determinatōe sumpta ƀm locū. vt bonū est interficere patrē in triuanis, g̊ bonum est interficere patrē. Quint⁹ modus fit arguēdo cū determinatiōe quo ad temp⁹. vt bonū est ieiunare in quadragesima. g̊ bonū est ieiunare et oēs isti paralogismi soluunt̾ negādo ꝯsequentiā. qꝛ dictum ƀm q̇d non infert dictū simpl'r. ¶ Sciendū quarto ꝙ in eisdē modis ⁊ in eadē fallacia ꝑt argui a dicto simpl'r ad dictū ƀm q̇d ꝓcedēdo eodē mō. Cui⁹ ratō ē. qꝛ vbicūqꝫ ē eadē cā apparētie. ibi ē eadē cā fallacie. ⁊ ꝑ ꝯn̄s eadē fallacia ⁊ idē mod⁹. ſꝫ arguēdo a dicto simpl'r ad dictū ƀm q̇d ē eadē cā apparentie sicut arguēdo a ꝯtrarijs. iō illo mō cōmittit̾ fallacia ⁊ modi prius positi. vt arguēdo. ille nō est hō. g̊ nō est hō mortuus vel g̊ nō est hō pict⁹ ſꝫ magis denoīatur illa fallacia a ƀm q̇d ad simpl'r q̄ ecōtra. rō est. qꝛ arguendo a dicto ƀm q̇d ad dictū simpl'r arguit̾ affirmatiue. ſꝫ ecōuerso. vt in plurib⁹ arguit̾ negatiue. iō magꝭ denoīat̾ fallacia a ƀm q̇d ad simpl'r q̄ ecōtra. ¶ Cōtra p̄dicta arguit̾ ꝑmo sic. hō alb⁹ ē dictū sumptū sine determiatōe diminuēte ⁊ tn̄ nō ē dictū simpl'r. qꝛ simpl'r dico q̊d sine addito dico. g̊ ꝯtra diffinitōez dicti simpl'r Scd̄o sic. oē inferi⁹ min⁹ cōe īfert superi⁹ magis cōe. ſꝫ dictū ƀm q̇d ē inferi⁹ ad dictū simpl'r. g̊ bn̄ īfert dcm̄ simpl'r. ⁊ sic arguēdo ab vno ad reliquū nō cōmittit̾ fallacia. Tertio. bn̄ sequit̾ ē hō mortu⁹. g̊ ē mortu⁹. ⁊ tn̄ ibi arguit̾ a dicto ƀm q̇d ad dcm̄

simpl'r penes p̄mũ modũ hui⁹ fallacie. g̊ male ponit̃ ille mod⁹ Quarto sic. ieiunare in q̄dragesima ē ieiunare simpl'r. nec illa determinatio tp̄is diminuit rõe3 adiũcti g̊ male arguit̃ penes q̄ntũ modũ Quinto sic a toto in mõ ad suã p̄tē sumunt̃ plures loci dyaletici. g̊ a dicto f̃m q̇d ad dictũ simpl'r sumunt̃ plures fallacie ꝛ nõ tm̄ vna. ☞ Ad p̄mũ d͛r. ꝙ si capiat̃ dictũ simpl'r vt tm̄ valet sicut nõ ꝯtractũ sic ps in mõ nõ d͛r dictũ simpliciter vt hic hõ alb⁊. S3 si capiat̃ dictũ simpl'r vt tm̄ valet simpl'r. i. p̄fecte ꝛ nõ diminute sic capit̃ hic. sic hõ alb⁊ ē dictũ simpl'r. Ad scd̃m d͛r. ꝙ l3 dictũ f̃m q̇d qd̃ fit cũ determinatõe ꝯtrahēte sit inferi⁹ ad dictũ simpliciter nõ tñ dictũ f̃m q̇d qd̃ fit cũ determinatõne p̄uãte vl' diminuēte. s3 mag̃ opponit̃ dicto simpl'r Ad tertiũ d͛r. ꝙ l3 hõ mortu⁹ respectu hoĩs sit dictũ f̃m q̇d. q2 mortuũ diminuit rõem hoĩs. tñ respectu mortui ē dc̃m simpl'r. q2 hõ nõ diminuit rõnem mortui. iõ ibi nõ arguit̃ ꝑ istã fallaciã a dicto f̃m q̇d ad simpl'r. Ad quartũ d͛r. ꝙ l3 ieiunare in q̄dragesima nõ diminuat rõem hui⁹ qd̃ ē ieiunare tñ bñ diminuit respectu hui⁹ qd̃ ē bonum. ideo ibi arguit̃ a determinatõe f̃m tēpus. Ad q̇ntũ d͛r. ꝙ a toto in mõ ꝛ a p̄te ei⁹ sunt diuerse virtutes ꝓbatiue ꝛ diuerse habitudines. ergo ibi sumunt̃ diuersi loci. s3 a dicto f̃m q̇d ad simpl'r ē tm̄ vna cã apparentie iõ ibi nõ sunt plures loci sophistici. ꝛ sic nõ ē simile de ip̄is.

Elenchus est syllogism⁹ ꝯtradictõis vnius ꝛ eiusdē nõ noĩs tm̄ nec etiã rei tm̄. sed noĩs ꝛ rei siml'. nõ synonomi s3 vnius ꝛ eiusdē. ꝛ ex his q̄ data sunt de necessitate nõ ꝯnumerato eo ꝙ erat in p̄ncipio ad idē f̃m ide3 simil'r ꝛ in eodem tempore. Elenchus est syllogism⁹ ꝯtradictõnis. id est syllogism⁹ ꝯcludens ꝯtradictoriã ꝓpositionis date a respõdente. In diffinitõne elenchi q̄dam ponunt̃ ratõne syllogismi. vt ex his q̄ data sunt ex necessitate accidere ꝑ qd̃ remouēt̃ fallacia accidētis. Et ponit̃ nõ cõnumerato eo ꝙ erat in p̄ncipio ꝑ quod remouet̃ petitio p̄ncipij. vt postea patebit. Alia ponunt̃ ratõne ꝯtradictõnis. vt vnius ꝛ eiusdem. id est vnius subiecti ꝛ p̄dicati Vñ nisi eēt idem subiectũ ꝛ idē p̄dicatũ nõ esset ꝯtradictio. vt ethiops est niger. ethiops nõ est niger f̃m dentes ex quo nõ est idem p̄dicatũ. ideo nõ est ꝯtradictio. Et simil'r hic. nullus homo mortuus currit. ꝛ q̇dã hõ currit nõ est ꝯtradictio. q2 nõ ē ibi idem p̄dicatum. Item f̃m idem ad idem. similiter ꝛ in eodem tempore ponuntur ratõne cõtradictõnis. ꝛ contra ista quattuor partes peccat hec fallacia que dicitur ignorantia elenchi. f̃m ꝙ vna est de tredecim fallacijs. Alio modo capitur generaliter. ꝛ tunc diffinitur sic. Ignorantia elenchi

Tractatus ſextus

eſt vnus defectus generalis. ad quem reducuntur oẽs alie fallacie oſtendendo quõ peccat ꝯtra iſtas ꝑticulas vt poſtea patebit. Iſte eñ ꝑticule nõ nois tm̃ nec rei tm̃. ſ; nois ⁊ rei ſimul. nõ ſynonomi ⁊ ſic de alijs. ponunt̃ ratõne ſyllogiſmi et ratõne ꝯtradictõnis. q̃ꝛ iſte exigunt ꝙ nomen ſit vnũ et res vna. ⁊ ꝙ nõ ſit nomẽ ſynonomũ. vñ nõ ẽ ibi ꝯtradictio marcus currit ⁊ tullius nõ currit. Nec eſt ibi ſyllogiſmꝰ. oĩs gladius ſcindit. quoddã inſtrumentũ ẽ enſis. ergo quoddã iſtrumentũ ſcindit. Fallacia ignorãcie elenchi eſt idoneitas decipiendi ꝓueniens ex apparẽti obſeruatõe ꝑticularũ diffinitionis elenchi q̃ ꝯueniunt ei ratõne ꝯtradictõis tantũ. ſ. ad idẽ ſm idẽ. ſimil̓r ⁊ in eodẽ tpe. Cauſa apparẽtie huius fallacie eſt ꝯueniẽtia dictorũ ſm q̇d ad dicta ſimpl̓r. Cauſa falſitatꝫ eſt diuerſitas eorundẽ. vñ huius fallacie elenchi ſunt quattuor modi. Primus modus eſt ꝯtra hãc ꝑticulã ad idẽ. vt duo ſunt duplũ vnius ⁊ nõ ſunt duplũ triũ. g̊ ſunt duplũ ⁊ nõ duplum. ⁊ in vtraq; p̃miſſarũ nõ ſumit̃ duplũ ad idẽ ⁊ ideo nõ ſeq̇tur. Scd̃us modꝰ peccat ꝯtra illã ꝑticulã ſm idem. vt hoc eſt duplũ illi ſm latitudinẽ ⁊ nõ ſm longitudinẽ. ergo eſt duplũ ⁊ nõ duplũ. nõ ſequit̃. q̃ꝛ duplũ nõ ſumit̃ ſm idẽ licet ſumat̃ reſpectu eiuſdẽ. Tertius modꝰ peccat ſm iſtã ꝑticulã ſimil̓r. vt hõ eſt ſpẽs. nullus hõ eſt ſpẽs. g̊ idẽ eſt ſpecies et nõ ſpecies. nõ ſequit̃ q̃ꝛ ibi nõ eſt ꝯtradictio in p̃miſſis q̃ꝛ ille terminꝰ hõ nõ ſumit̃ ſimil̓r. q̃ꝛ vna ſumit̃ ꝓ ſuis inferioribus. in alia vero nõ. ſ; ꝓ ſe toto vl̓ ꝓ ſua forma. Quartus modꝰ peccat ꝯtra hanc ꝑticulã in eodẽ tpe. vt manꝰ mea eſt clauſa in hoc inſtãti ⁊ nõ clauſa in hoc inſtãti. g̊ ẽ clauſa ⁊ nõ clauſa. nõ ſequit̃ q̃ꝛ nõ ẽ in eodẽ tpe. Differt aũt hec fallacia a fallacia ſm q̇d ad ſimpl̓r. q̃ꝛ in illo ẽ ꝓceſſus ab vno ſm q̇d ſumpto. ad vnũ ſimpl̓r ſumptũ. vt hoc eſt duplũ ſm longitudinem. ergo eſt duplũ. in iſta vero eſt proceſſus a duobus ſm quid ſumptis ad duo ſumpta ſimpliciter. vt hoc eſt duplum illi ſm longitudinem et non ſm latitudinem. ergo eſt duplum ⁊ nõ duplum.

Poſtq̃ autor determinauit de fallacia a dicto ſm q̇d ad dictũ ſimpl̓r Hic ꝯñr determinat de fallacia ignorãtie elenchi. ratiõe cuiꝰ p̃mo diffinit elenchum dicens. Elenchus ẽ ſyllogiſmꝰ ꝯtradictõis vniꝰ ⁊ eiuſdẽ

non nois tm̄ nec rei tm̄. sed nois ꝛ rei simul. ex his que dicta sunt ex neces-
sitate aliquid accidere nō cōnumerato eo ꝙ erat in ꝑncipio. sed ad idē ſm
idem. similiter ꝛ in eodem tpe. In hac diffinitōne ponit̄ ꝑalogismus loco
generis ꝛ ꝯtradictōis. ad drām syllogismi nō ꝯtradicentis pōni rn̄dētis
Deinde ponit̄ vnius ꝛ eiusdē non nois tm̄. ꝛ hoc tn̄ rōne syllogismi ma-
gis ꝙ̄ ꝯtradictōis. qꝛ vtrobiꝗ reqrit̄ ꝙ maneāt idē termini ſm rē ꝛ vo-
cem simul. ꝛ ꝑ hoc remouet̄ fallacia in dcōne. ꝛ ponit̄ ex his q̄ data sunt de
necessitate accidere rōne syllogismi in quo debet esse necessaria ꝯsequētia
et ꝑ hoc ꝑmo remouent̄ ꝑalogismi fallacie accidentis et aliȷ̄ duo nō habē-
tes necessariā ꝯsequētiā. ꝛ ponitur non ꝯnumerato eo qd̄ erat in principio
rōne ꝯtradictiōis. qꝛ elenchus est syllogismus ꝓbatiuus. ꝛ per hoc remo-
uetur petitio ꝑncipiȷ̄. Deinde ponit̄ ad idē ſm idē ꝛc. rōne ꝯtradictōnis
qꝛ ille ꝑticule reqrunt̄ ad ꝯtradictōnem. ☞ Sciendum ꝑmo ꝙ aliter
pt̄ diffiniri elenchus. est syllogism⁹ ꝯtradictiuus ꝯclusioni rn̄dētis. et sic
ad elenchū plura requirunt̄. s. necessaria illatio inqꝫtum est sill'is ꝛ sufficiēs
ꝓbatio ꝯclusionis inqꝫtum dialecticus ꝛ repugnantia sue ꝯclusionis ad
positōem rn̄dentis inqꝫtuz ꝯtradictiuus. ꝛ sic patet ꝙ elenchus vltra syl-
logismū addit probationem et vltra locum dialecticum addit contradi-
tionem sue consequentie ad positōnem respondentis. et illa contradictio
est vltima differentia formaliter ꝯstituens elenchum. et ideo sicut syllo-
gismus dialecticus se habet vt inferius ad syll'm in cōi. ita elēchus ad syl-
logismū dialecticū. Et dicit̄ elenchus ab en qd̄ est in pro ꝯtra. ꝛ elench⁹
qd̄ est sumptio quasi ꝯtra sumptio. s. ꝯtra dicta rn̄dentis. ꝛ sicut se habet
elenchus ad syll'm dialecticū. ita simpl'r elenchus ad syll'm sophisticuz. et
pt̄ sic diffiniri. Elenchus sophisticus est syll's sophisticus apparēter cō-
tradictiuus positōi respōdētis. Sciendum scd̄o. ꝙ ignorātia in cōi dr̄
negatio scientie cū habitudine ad illā. Et diuidit̄ ꝑ ignorātiā pure nega-
tiōis q̄ est pura carentia cognitōis actualis vel habitualis sicut est in pue-
ris, nondū noticiā reꝝ cognoscētes. Alia est ignorantia praue dispōnis q̄
est qn̄ aliqd ꝯphendit̄ de natura rei. et ista diuidit̄. qꝛ quedā est ignorātia
ꝑncipioꝝ. q̄ apprehēdunt̄ simplici apprehēsione sine discursu. Alia est ig-
norantia que est falsa apphēnsio mediante discursu. ꝛ dicit̄ cōpsita. qꝛ ibi
multa cōcurrūt simul scꝫ ignorātia ꝯclusionis ꝑncipioꝝ. ignorātia aūt elē-
chi nō est ignorātia pure negatōis nec ꝯposita sed ignorātia simplicis ap-
prehensionis. Et fit per ignorātiam alicuius reqsiti ad verū elenchū ꝛ pt̄
capi dupliciter. Uno modo generaliter ꝓ quacūꝗ omissione cuiuslibet ꝑ-
ticule expresse in diffinitōne elenchi. Alio modo spēaliter solum ꝓ omissi-
one alicuius illarū quatuor ꝑticularū. s. ad idē ſm idem. sil'r et in eodē tpe
et isto modo sumit̄ fallacia ignorātie elenchi ¶ Sciēdū tertio. ꝙ cā apparē-
tie huius fallacie est ydoneitas decipiendi ꝓueniēs ex apparenti obseruati-
one conditionū reqsitaꝝ ad verā ꝯtradictiōem. rōne cuius credit̄ ꝙ in an-
tecedente ꝑalogismi sit vera ꝯtradictio. vbi tamē est apparēs ꝯtradictio
tantum et per illam contradictionem apparentem infertur contradictio
simpl'r. et eius causa defectus est omissio alicuius illarū particularū que
requirunt̄ ad contradictōem Et propter hoc sic diffinitur hec fallacia. est
ydoneitas decipiendi ꝓueniens ex apparenti obseruatiōe ꝑticularū posi-

tarũ in diffinitõne ipius elenchi. que sibi ꝯueniunt rõne contradictionis. Et licet quelibet fallacia peccet contra elenchum. qꝛ tñ ista formaliter et directe peccat ꝯtra ꝯtradictõem que se habet vt vltima forma ꝛ dña elẽchi ideo magis denoĩatur ignorãtia elenchi ꝙ̃ quelibet alia ¶ Sciendu ꝫ quarto. ꝙ huius fallacie q̇nqꝫ sunt modi. Primus est. qñ nõ arguitur ad idem. vt aer est supꝛ terrã ꝛ nõ supꝛ celũ ꝛc. soluiť ꝯña. qꝛ nõ affirmať idem de eodẽ ꝯꝑato ad idem. Scd̃s modus est qñ fit omissio illius ꝑticule ẜm idem. vt sortes videt ẜm oculũ. ꝛ nõ videt ẜm aures. ergo videt ꝛ non videt. ꝯña nõ valet. ꝛ est rõ. qꝛ ibi nõ affirmať vel negať idẽ de eodẽ ẜm ideꝫ Tertius modus fit omittẽdo illã ꝑticulã siľr vt oĩs hõ est indiuiduũ. hõ nõ est indiuiduũ. ergo homo nõ est indiuiduũ ꝛ est indiuiduũ. ꝯña non valet qꝛ hõ non siľr teneť. qꝛ in maiore teneť ꝓ suppositis. in minori aũt ꝓ natura cõi. Quartus modus est qñ omittiť illa ꝑticula ꝓ eodem tꝑe. vt sortes currit cras ꝛ nõ currit postcras. ergo sortes currit ꝛ nõ currit. ꝯña nõ valet. qꝛ ibi non est affirmatio vel negatio pro eodẽ temꝑe. et sic sumũtur isti modi ẜm quatuor ꝯditõnes in diffinitõne elenchi positas ꝛ req̇sitas.

☞ Contra predicta arguiť ꝑmo sic. ꝯtradictio non est syllogismus. sed elenchus est ꝯtradictio. vt dꝛ primo elenchorũ. ergo male dꝛ ꝙ est syllogismus Secũdo sic. hec est vera ꝯtradictio. marcus currit. tulius nõ currit cũ ille ꝓpõnes repugnãt in qualitate. ergo ad elenchũ ꝛ ꝯtradictõnem non requiriť vnitas noĩs ꝛ rei simul Tertio sic. oẽs fallacie ꝯtinentur et reducunť ad ignorantiã elenchi. ergo male ponitur hic fallacia spẽalis cuꝫ sit cõmunis ad oẽs alias. Quarto sic. contradictoria non possunt fieri in eodem tempore saltem ab eodem homine. ergo ad cõtradictiõem non requiritur affirmatio ꝛ negatio in eodem tꝑe Quinto sic. ad ꝯtradictionem requiriť ꝙ sit affirmatio ꝛ negatio eiusdem de eodem. et tñ hoc non ponitur in diffinitõne elenchi. ergo ipa est insufficiens. ☞ Ad ꝑmuꝫ diciť. ꝙ licet si capiatur ꝯtradictio formaliter ꝓ illa forma ꝛ repugnantia ꝯtradictoriorũ. sic nõ est syllogismꝰ. tñ si capiatur materialiter ꝓ syllogismo ꝯtradicente vel syllogismo ꝯtradictorio positõ ni respõdẽtis sic est syllogismus et sic capiť in proposito Ad secũdum diciť. ꝙ licet ibi sit vera ꝯtradictio ẜm rem. nõ tñ ẜm modũ enũciãdi. qꝛ ibi nõ est euidẽs affirmatio vel negatio eiusdẽ de eodẽ. Ad tertium diciť. ꝙ si capiať ignorantia elenchi generaliter pro ignorãtia cuiuslibet ꝑticule diffinitionis elenchi sic fallacia ignorantie elenchi est communis ad omnes alias fallacias. sed si capiať specialiter pro ignorantia quatuor ꝑticularum vltimarum. sic est spẽalis fallacia et hꝫ distinctas causas apparẽtie et defectꝰ a causa aliarũ fallaciarũ. vt probari potest inductiue Ad quartum dicitur. ꝙ licet cõtradictoria non semper enumerantur in eodem tempore. tamen bene potest fieri pro eodem tempore affirmatio et negatio de eodem pro eadem ꝑte temporis. Ad q̇ntum dicitur. ꝙ in fallacia ignorantie elenchi semper requiritur ꝙ sit apparens contradictio quia inde sumitur causa apparentie et quia si remoueatur prima contradictionis conditio que est ꝙ significat affirmatio vel negatio eiusdem de eodem. ibi non est apparens contradictio. ideo non ponitur aliquis modus qui fiat propter omissionem illius conditionis contradictõnis.

Etere id qđ est in principio est. quando cõclusio que debet probari sumitur in premissis. Cũ ergo idez sub eodem noīe potest seipm̄ probari. vt homo currit. ergo homo currit. in talibus em̄ non est petitio principij. sȝ talis argumẽtatio est ridiculosa nec cadit sub arte nec ē petitio huius qđ est in principio. aliud est em̄ petere principium. et aliud est petere illud qđ est in principio. vt dicit phs. p̄mo elẽ corũ. qꝛ petere principiũ est qñ petit͛ idẽ sub eodẽ noīe. vt hõ currit. ergo homo currit. ⁊ isto modo nulla est fallacia. qꝛ nõ cõmittit͛ sub aliqua spẽ argumẽtatiõis. nec ſm veritatẽ nec ſm apparentiam. sed talis petitio p̄ncipij peccat ꝯtra syllogismũ simpl'r dictũ. Sed petere illud quod ē in principio est qñ idẽ petitur sub diuerso noīe. vt aīal rõnale currit. ergo hõ currit. Uel sic. petere illud quod est in principio est qñ minꝰ notum sumitur ad probatõem magis noti. Causa apparẽtie huius fallacie est apparẽs diuersitas cõclusionis a premissis Causa falsitatis est ydentitas eorũdẽ. Petit͛ ãt illđ quod est in p̄ncipio quinqȝ modis. vt patet octauo topicorũ Primo mõ qñ diffinitum petit͛ in diffinitõne et ecõtra. vt si dubitaret͛ vtrũ hõ currit vel nõ currit. fiat argumentum. aīal rationale currit. ergo homo currit. nulla est ibi probacio. qꝛ qñ vnũ dubitat͛ necesse est alterũ dubitari. ⁊ ita si sumat͛ vnũ ad p̄bandũ aliud peccatũ est Scđs modus est qñ p̄ticulare petitur in vniuersali. vt nullus homo currit. ergo nec sortes currit. Uel si aliquis debeat probare q͛ oīm contrariorũ eadẽ est disciplina. et assumat oīm oppositorũ eadẽ est disciplina. ergo oīm ꝯtradictoriorũ est eadẽ disciplina. hic petitur ꝯcl'o in p̄missis Tertiꝰ modꝰ ē. qñ vl'e petit͛ in p̄ticularibꝰ vt si q̇s debeat p̄bare q͛ oīm oppositoꝝ est eadẽ disciplina et sumat illã oīm ꝯtradictoriorũ ꝯtrariorũ. et sic de alijs ē eadẽ disciplina. g͛ oīm oppositorũ est eadẽ disciplina. Uel sic. sortes currit plato currit. ⁊ sic de alijs. g͛ oīs hõ currit Quartus modꝰ est. qñ ꝯiũctũ petit͛ in diuisis vl' ecõtra vt si aliq̇s debeat p̄bare q͛ medicia ē discipl'ia sani ⁊ egri. et dicat͛ sic arguendo. medicina est disciplina sani. et medicina est disciplina egri. ergo medicina est disciplina sani et egri.

Quintus modus est quando vnũ relatiuorũ petit͛ in alio. vt

si quis debet ꝓbare ꝙ sortes sit pater platonis probetur sic
plato est filius sortes. ergo sortes est pater platonis nõ sequit̃
qꝛ hoc assumit̃ qd̕ est probandũ. Sciendũ ꝙ hec fallacia nõ
impedit syllogismũ inferentem sed ꝓbantẽ. et ita fallacia pe-
titionis principij peccat cõtra syllogismũ dialeticum inquã
tum dialeticus est.

¶ Postq̃ autor determinauit de fallacia ignorantie elenchi. Hic ꝯñter
determinat de fallacia petitõnis principij. Ratione cuius primo viden-
dum est quid sit petere principiũ. Nã petitio ꝑncipij in dialeticis est in-
terrogatio alicuius ꝓmissarũ syllogismi dialectici. qꝛ licet dialeticus in syl
logisando assumat ꝓmissas ad probandũ ꝯclusionẽ. tamẽ interdũ para-
logisando interrogat de suis principijs rõne cuius dicuntur interrogatio
nes ⁊ fit non ita proprie petitio ꝑncipij de ꝯclusione. qꝛ premissis cõcessis
potest inferri ꝯclusio nõ interrogãdo de ipa. ⁊ qꝛ in argumẽtatõe ꝯclusio
est ꝑncipiũ ꝓmũ rõe cuius fit argumẽtatio Ideo cũ in argumẽtatiõe petit̃
cõclusio que debꝫ probari ibi fit petitio ꝑncipij. Et ideo petitio ꝑncipij est
qñ idẽ accipit̃ ad ꝓbãdũ seipm ¶ Sciẽdũ primo. ꝙ ẜm pħm secundo
priorum duplex est petitio ꝑncipij. s. statim ⁊ non statim. Petitio ꝑncipij
statim est. qñ idem sub eodem noĩe sumit̃ ad probandũ seipm. vt hõ cur-
rit. ergo hõ currit. vel sub duobꝫ noĩbꝫ synonomis. vt marcus currit. ergo
tullius currit. ⁊ talis petitio peccat ẜm sylłm simpl'r et ꝯclusio non est alia
a premissis. et nõ est ibi argumẽtatio neqꝫ aliqua fallacia cũ idem h̃ mõ
nõ habeat apparentiam ad ꝓbandũ seipm. Alia est petitio ꝑncipij nõ sta
tim qñ aliquid sub diuersis noĩbꝫ repetitur ad probandũ seipm ⁊ ꝯmitti
tur talis defectus qñ in argumentatõne añcedens est ita dubiũ sicut con
sequens vel minus notũ Et dicit̃ petitio ꝑncipij cũ añs est eque dubiuꝫ
vel minus notum q̃ ꝯsequens et qꝛ ꝯtinetur in cõsequẽte et etiam ꝓbat̃
per ꝯsequẽs et ad probandũ ꝯsequens petitur ideꝫ quod est in principio
scꝫ añcedens qd̕ ꝯtinetur in cõclusione. Et etiam sumit̃ añs in tali argu
mentatõe ad probandũ seipm. ⁊ ẜm talem petitõem principij ꝯmittitur
hec fallacia Sciẽdum secundo. ꝙ causa apparentie huius fallacie est ap
parẽs diuersitas añtis ⁊ ꝯsequẽtis. rõne cuius creditur añs esse notius
ꝯsequente ⁊ habere virtutem ꝓbatiuam cõsequentis cũ tamẽ sit eque no
tum vel minus notum cõsequẽte. et nõ sufficit quecũqꝫ diuersitas añce-
dentis ⁊ ꝯsequẽtis. sed oportet ꝙ sit cũ idẽtitate ipoꝝ ⁊ etiã ꝙ talis diuer
sitas faciat apparentiam magis noti ⁊ minus noti ex ꝑte rei. ⁊ qꝛ in syno-
nomis nõ est apparentia magis vel minus noti a ꝑte rei. Ideo in ipis nõ
est ista causa apparẽtie Sed cã falsitatis huius fallacie diuersitas eorũ-
dem. s. añcedentis ⁊ ꝯsequẽtis. Et ẜm hoc sic diffinit̃ ista fallacia Est ido
neitas decipiendi ꝓueniens ex apparenti diuersitate ẜm noticiã añcedẽ-
tis cũ ꝯsequẽte. ⁊ peccat ista fallacia nõ contra illatõem et syllogismũ sim
pliciter dictum sed peccat contra probationem et syllogismum dialecti-
cum. ¶ Sciendum est tertio. ꝙ diffinitio dupliciter potest considerari
Uno modo inquantum includit principia essentialia diffiniti que

sunt ꝓpria causa passionis. et hoc modo sumitur ab ipa locus demõstrati-
uus ⁊ nõ sophisticus. Alio modo ɔsideraṫ inq̃tum stat sub intẽtõe cõi
et hoc dupliciter. Uno modo sumiṫ respectu p̄dicatoꝝ que notiori modo
ɔueniũt ipi diffinitioni q̃ꝫ diffinito. et sic a diffinitõne ad diffinitum iterũ
sumitur locus dialecticus. Alio modo respectu predicatorum que notio-
ri modo diffinito q̃ꝫ diffinitõni cõueniunt. ⁊ sic a diffinitõne sumiṫ petitio
ꝑncipij. q͞z sic añs est minus notũ ɔñte. ⁊ eodẽ modo arguendo a diffini-
to potest argui respectu predicatoꝝ que minꝰ notiori modo ipi ɔueniũt
et sic siĺr arguendo ab vĺi ad ꝑticulare vel ecõtra. ⁊ ꝺm hoc in ipis causa-
tur petitio ꝑncipij ¶ Sciendũ quarto. ꝙ huius fallacie quatuor sunt mo-
di. Primus est qñ diffinitum petitur in diffinitione vel ecõtra. vt aĩal ra-
tionale currit. ergo hõ currit. Ibi em̃ diffinitum petiṫ in sua diffinitione et
arguendo ecõtra petitur diffinitio in diffinito et probatio nõ valet. q̇a si
vnũ dubitaṫ ⁊ reliquũ. Scd̃s modus est qñ particulare petitur in vniuer-
sali. vel vniuersale in ꝑticulari. vt si debeat probari ꝙ oĩm ɔtradictorioꝝ
eadẽ est disciplina. ⁊ sumaṫ illa. oĩm oppositoꝝ eadem est disciplina. ergo
oĩm ɔtradictoriorũ nõ valet argumentũ. q͞z cõclusio petitur in premissis
Tertius modus est qñ ɔiũctũ petitur in diuisis vel diuisum in ɔiunctis
vt medicina est sani et egri. g̃ medicina est sani ⁊ medicina est egri Quar-
tus modus est qñ vnũ relatiuoꝝ petitur in suo correlatiuo. vt sortes est
pater platonis. ergo plato est filius sortis Et soluendo istos ꝑalogismos
debet negari añs. eo ꝙ est eque notũ vel minus q̃ꝫ ɔñs prius negatũ nec
debet negari ɔña cũ sit necessaria illatio in istis ꝑalogismis si p̄misse con-
cedanṫ. q͞z si cõcediṫ añs oportet concedi ɔñs quod includiṫ in ipo. põt tñ
dici ꝙ non est ɔña ꝓbatiua cũ negatione añtis. Et licet in textu ponanṫ
quinq͞z modi. q͞z scd̃s diuiditur in duos ad maiorẽ declaratõem tñ sufficit
ꝙ enumeranṫ quatuor modi ꝑus positi. q͞z in ipis ɔtinẽtur oẽs modi hu-
ius fallacie. ☞ Contra p̄dicta arguiṫ p̄mo sic. in petitõne ꝑncipij su-
mitur idem ad ꝓbandũ seip̄m. sed idem non habet apparentiam ad ꝓbã-
dum seip̄m. ergo in petitõne ꝑncipij non est causa apparentie ergo nec fal-
lacia Secũdo sic. omnis ꝑalogismus peccat in materia vel forma. sꝫ pa-
ralogismi huius fallacie nõ peccãt in forma cũ ꝑñt fieri in modo ⁊ in figu-
ra nec peccant in materia q͞z fiunt ex ꝓbabilibꝫ. ergo in ipo nõ est defectus
Tertio sic. ab eodẽ nõ sumiṫ locus dialeticus ⁊ sophisticus. sed a diffi-
nitione siĺr a toto in q̃ꝫtitate sumunṫ loci dialetici. ergo ab ipsis non sumiṫ
locus sophisticus ⁊ sic male ponũtur illi primi duo modi Quarto sic ar-
guendo a diuisis ad ɔiuncta est fallacia accidentis. ergo ibi nõ est petitio
ꝑncipij. tenet ɔña. q͞z isti loci sophistici non possunt esse in eodem argumẽ-
to Quinto sic. hic est petitio ꝑncipij. albedo ɔtrariatur nigredini. g̃ ni-
gredo est ɔtraria albedini. ⁊ tñ fit nullo istoꝝ modoꝝ quatuor. ergo sunt
insufficienter positi. ¶ Ad primũ dicitur. ꝙ licet idem ꝺm rem et vocẽ
simul non habeat apparentiam ad probanduꝫ seipsum. tamẽ idem ꝺm rẽ
et drñs ꝺm vocem et rationem vt est diffinitio respectu diffiniti bene hꝫ
apparentiaꝫ ad probandũ seipsum inq̃ꝫtum videtur magis nota sub vno
noĩe q̃ꝫ sub alio. Ad secũduꝫ diciṫ. ꝙ licet in paralogismis huius falla-
cie premisse sint ꝺm se probabiles. non tamẽ sunt probabiles respectu con-

clusionis qđ tñ requiritur ad syllogismū ꝓbatiuum.scʒ ꝙ habeat pꝛemis/
sas ſm se ꝓbabiles ⁊ ꝙ ille p̄misse habeant ꝟtutem ꝓbādi ɔclusionē. Jō
isti syllogismi peccāt in ꝓbatōe Ad tertiū dꝛ.ꝙ ab eodem. eodē modo
ɔsiderato respectu eiusdeʒ non sumit᷑ locus dialecticus et sophisticus mō
diffinitio diuersimode ɔsiderat᷑. vt ab ip̄a sumitur locus dialecticus ⁊ so/
phisticus. ⁊ sil'r dꝛ de toto in q̄ntitate. Ad quartū dꝛ.ꝙ licet arguēdo
a ɔiunctis ad diuisa indebite q̄tū ad modū oꝛdinandi ip̄a diuisa ad idē
fit fallacia accidentis.tñ qñ arguitur ab ip̄is indebite solum ex pte ꝓba/
tionis ⁊ nō ex pte dispōnis diuersoꝝ. Jbi fit petitio p̄ncipij Ad q̄ntuʒ
dꝛ. ꝙ ibi ɔmittit᷑ secūdus modus.et licet albedo ⁊ nigredo sub rōnibꝫ pro
prijs non sunt respectiua tñ q̄tum ad intentiones contrarioꝛū siue oppo/
sitarū bene sunt relatiua ſm dici ⁊ sic ibi vnū relatiuoꝝ petit᷑ in alio

DE fallacia ɔsequētis dicendū est. Scdm ɔñs fiunt
paralogismi eo ꝙ credimus ɔñam ɔuerti que nō cō
uertitur. Fallacia ɔñtis est ydoneitas decipiendi ꝓ
ueniens ex apparētia ɔñe ɔuerse que nō ɔuertitur Causa
apparentie huius fallacie est cōuenientia vnius ɔñe vere ad
aliā non verā Causa falsitatis est diuersitas eorūdē. Et sci
endū ꝙ bene tenet argumētum a positōe añtis ad positioneʒ
ɔñtis Huius fallacie tres sunt modi Primus modus est
qñ arguit᷑ a destructione añtis ad destructōem cōsequentis
vt si hō est aīal est. ergo si hō non est aīal nō est. Uel a positio
ne ɔñtis ad positōeʒ antecedētis. vt si mel est rubeū est. ergo
si rubeū est mel ē. Ad istū eīm modū reducunt᷑ oēs praue ar/
gumētatōes ab inferiori ad supius destructiue. Uñ quotiēs
cunqꝫ fit ꝓcessus ab inferiore ad supius cū distributōe supi/
orū. vt oīs hō currit. g̊ oē aīal currit. Jbi ɔmittit᷑ ista fallacia
vt nullus hō currit. ergo nullū aīal currit. Secūdus mo/
dus solet poni ab insufficienti inductōe singulariū. vt sortes
est aīal et ecōuerso. plato est aīal et ecōuerso. ergo oīs hō est
aīal ⁊ ecōuerso. hic enūerant᷑ oīa singularia illius oīs hō est
aīal. et non huius. oīe aīal est homo que significat᷑ p ɔposi/
tionē huius qđ est ecōuerso ad hanc. oīs homo est animal
Tertius modus prouenit a cōiter accñtibus. Et dicunt᷑
cōiter accidentia que se aliqñ ɔsequūtur et aliquādo non. vt
iste est comptus. ergo est adulter. Sil'r musa et poeta sil'r ter
minātur. sed musa est fēi generis. ergo et poeta nō sequitur.
quia ydentitas generis et terminationis aliquādo se conse/
quunt᷑ et aliquando nō. eo ꝙ non est in omnibꝫ sed in aliqui

bus. Si aliquis dicat ꝙ in hoc vltimo tertio modo non tenet ecõuerso. Vñ ibi non est ꝯsequẽtia. Dicẽdum est ꝙ ergo ſm quoſdam ſumitur ꝯña a cõiter accidentibus ad conſequẽtiam neceſſariã et probabilem. et in iſtis nõ ſumitur cõquẽtia neceſſaria ſed pbabilis. Taliter autẽ ordinantur iſti modi ab Areſtotele iſto modo ordinato.

¶ Poſtq̃ autor determinauit de fallatia petitõnis pncipij. Hic ꝯſequẽter determiat de fallatia ꝯſequẽtis. rõne cuius pmo videndũ eſt quid ſit cõſequens. et antecedẽs. ⁊ ꝯña. Unde añcedẽs eſt ꝓpoſitio cathegorica vel ypothetica inferens cõcluſionẽ. Sed ꝯſequẽtia eſt illa habitudo ſimplex in qua ꝯſequẽs infertur ex antecedẽte ⁊ prouenit ex eo ꝙ ꝯſequẽs actu ⁊ intellectu includitur in antecedente. Jdeo ſequitur ad ſuum antecedens. Et habitudo denominãs illã ſequelã. vocatur cõſequẽtia. Et duplex eſt cõſequẽtia ſcʒ ſimplex ⁊ compoſita. Conſequẽtia ſimplex eſt. q̃n ex vno ſolo antecedente infertur vnum ſolũ conſequẽs. Conſequẽtia vero compoſita per oppoſitum. Et intelligit̃ fieri quatuor modis. Primo q̃n factã aliq̃ ꝯñtia arguitur a põne añcedentis ad põnem ꝯñtis. Secundo modo quãdo in aliqua cõſequẽtia arguitur a deſtructõne conſequentis ad deſtructõem antecedẽtis. Et iſtis duob' modis fit debite cõſeq̃ntia et bene arguitur. Tertio modo quãdo in aliqua cõſequẽtia arguitur a deſtructõne antecedẽtis ad deſtructõem cõſequentis. Quarto modo quãdo arguitur a poſitione cõſequẽtis ad poſitõem añtis. Et iſtis duobus modis non valet cõſequentia cõpoſita prius facta. quia cõuertitur aliter q̃ deberet cõuerti. Et ſm hoc ſumitur fallacia conſequentis.

¶ Sciendũ pmo ꝙ cauſa apparentie huius fallacie eſt apparẽs cõuertibilitas ꝯſequentis cum antecedente. ratione cuius creditur ꝙ bene cõuertatur cõſequentia que tamen non bene conuertitur. Cauſa vero defectus eſt diuerſitas antecedẽtis ⁊ cõſequentis. Et ſm hoc diffinitur fallacia conſequẽtis. eſt ydoneitas decipiendi proueniens ex apparenti probabilitate vel conuertibilitate cõſequentis cum añcedente. Et ſemper fit cum dicit areſtoteles. q̃n credimus conſequẽtiam conuerti que tamen nõ cõuertit̃. Et q̃uis in iſta fallacia reperiãtur antecedẽs ⁊ conſequẽs tamẽ magis dicit̃ fallacia cõſequentis q̃ antecedentis. eo ꝙ in paralogiſmis huius fallacie ſp arguit̃ equiualẽter a põne cõſequẽtis ad poſitõem antecedentis. Et licet q̃nq̃ arguat̃ a negatõne añtis ad negatõem ꝯñtis. q2 tñ iſta negatio añtis habet ſe vt ꝯſequẽs ad negatõem ꝯſequẽtis. Jdeo ibi equalenter arguit̃ a poſitõe ꝯñtis ad poſitionẽ añcedẽtis ¶ Sciendũ ſecundo. ꝙ huius fallacie tres ſunt modi. Primus eſt arguendo a deſtructione añcedentis ad deſtructõem cõſequẽtis vel a poſitione cõſequẽtis ad poſitõem antecedẽtis. Exemplũ primi. vt ſi homo eſt. aial eſt. ſed non eſt homo. ergo nõ eſt aial. non ſequit̃. q2 ad negatõnem añcedentis nõ ſeq̃tur negatio cõſequentis. q̃d ideo eſt. q2 antecedẽs eſt inferius ⁊ minus conſequente. conſequẽs em̃ ſe habet vt ſupius ⁊ magis cõe. modo deſtructi inferiori non oportet deſtrui ſupius. q2 ipm̃ p̃t manere in alijs inferioribus.

Exemplum secũdi. si pluit terra est madida. ergo si terra est madida pluit
non sequitur positio añtis. qꝛ ꝯsequens se habet vt magis cõe. Ideo nõ
sequitur positio añtis quod est minus commune ꝛ inferius ad positiõem
eiꝰ supioris non sequiẛ positio inferioris ¶ Sciẽduȝ tertio. ꝙ scđs modꝰ
est qñ arguiẛ ab insufficienti nũero singulariũ ad vniuersale. vt sortes cur-
rit plato currit ergo oĩs homo currit. vel sic. sortes est aĩal ꝛ ecõuerso plato
est aĩal. et ecõuerso non sequiẛ. qꝛ licet enũerenẛ singularia istius. oĩs hõ est
aĩal tamen non omne aĩal est homo. quod tamen designatur ꝑ hoc qđ dr
in predicta propõne. ecõuerso expresse vel subintellecte. Et hoc si ille ter-
minus econuerso dicit conuersionẽ simplicem. sȝ si dicat cõuersionem ꝑ ac
cidens bñ seqretur. sicut hec est vera. oĩs homo est aĩal ꝛ econuerso. aliqđ
aĩal est homo. tñ qꝛ analogum per se positũ stat pro significato suo famo
siori. et ille terminus econuerso est analogum ad cõuersionẽ simplicẽ et ad
cõuersionem ꝑ accidens. ideo hic stabit pro ꝯuersione simplici. Scien-
dũ quarto. ꝙ tertius modus huius fallacie fit qñ arguitur a cõiter accidẽ
tibꝫ que cõiter accidentia se mutuo non sequũtur vt hic sortes est magnꝰ
et sortes est fortis. vel sortes est pulcher ꝛ est bonus. ergo sortes est pul-
cher et est bonus non sequitur. quia licet talia accidentia se mutuo conse-
quunẛ in aliquo subiecto. non tñ de necessitate consequunẛ se Et licet isto
modo arguendo penes istam fallaciam in modo procedendi cõuertaẛ ali-
qua cõsequentia actualiter presupposita. tamẽ subintelligitur vna ꝯsequẽ
tia ĩplicite que cõuertitur in istis modis. Et istoꝝ modorũ sic potest ha-
beri rõ qꝛ in fallacia ꝯsequentis sumitur causa appentie ex appenti cõuer
tibilitate ꝯsequentis ꝛ añcedentis. vel ergo hec ꝯuertibilitas est apparens
rõne cõsequentie iam facte. sic est ṗmus modus. vel ꝓpter habitudinem
terminorum. et hoc est dupliciter. vel sumiturꝰ ex habitudine singularium
ad vl'e. ꝛ sic est secũdus modus huius fallacie. et ex habitudine cõiter ac-
cidentiũ que ꝯtingenter cõueniunt in vno subiecto. ꝛ sic est tertius modꝰ
¶ Contra predicta arguiẛ ṗmo sic. cõuersio est passio propõnis. ğ soli
ꝓpõni ꝯuenit. ğ ista fallacia non prouenit ex hoc ꝙ aliqua cõsequentia con
uertatur que nõ debet ꝯuerti. Secũdo sic. ꝯsequens actu ꝛ intellectu
includitur in añcedente. ergo destructo añcedente destruiẛ ꝯsequens. ꝛ sic
a destructõne ꝯsequentis ad destructõem añcedentis bñ valet ꝯsequẽtia
Tertio sic. posito posteriori necessario p onitur prius. sed cõsequens est
posterius antecedente. ergo posito ꝯsequente necessario ponitur añs.
Quarto sic. singularia alicuius vl'is non sufficienter enumerata sequũ
tur ad suũ vl'e. ğ arguendo ab insufficienti nũero singularium arguitur a
positione cõsequentis ad positõem antecedentis. et ꝑ ꝯñs secundus mo
dus non distinguiẛ a ṗmo. Quinto sic. arguendo a cõiter accidentibꝫ ẽ bo
nus locus dialecticus. ergo sic arguẽdo nõ sumiẛ tertiꝰ modus huius fal
lacie ☞ Ad ṗmum diciẛ. ꝙ si capiatur ꝯuersio vt est mutatio ṗdica
ti in subiectũ et econtra. sic est passio propositõnis ꝛ solum sibi conuenit sȝ
si capiatur pro mutatione añtis in ꝯñs vel econtra pro mutatione ꝯseqn
tis in añs. sic non est passio ꝓpõnis sed est passio ꝯñe. ꝛ hoc modo capiẛ h
Ad secũdum diciẛ ꝙ destructo antecedente bene destruitur ꝯsequens
particulariter et ꝺm suum esse quod habet in tali añcedente. non tamen

destruit vl'r ꝑm se totū. q2 adhuc potest manere in alijs. Ideo a destruc-tione antecedentis nō pt inferri destructio ꝯsequentis. Ad terciū dr. ꝙ li-cet ꝑm illatōem ꝯsequens sit posterius. tñ ꝑm naturam ꝛ ambitū ꝯmunita-tis ꝯsequens est ꝑus antecedenti. Ad quartū dr ꝙ licet in secūdo mō ar-guat̃ a positione ꝯsequentis ad positōem añtis. nō tñ sumit̃ causa apparen-tie rōne ꝯuertibilitatis ꝯsequentis cū añte sed rōne ꝯsequētie ꝑus facte si-cut in pmo modo. Ad quintū dr. ꝙ arguendo a cōiter accidentib9 que ne-cessario se ꝯsequūtur est bonus locus dialeticus. sed arguendo ab his q̄ cō-tingenter se ꝯsequūtur fit tercius modus huius fallacie.

S

Equit̃ de fallacia ꝑm nō cām vt cām. Ad cuius eui-dentiā sciendū ꝙ duplex est syllogismus. sc3 ostensiu9 et ad impossibile. Ostensiuus est q̄ hab3 vnā solā cō-clusionē. Syllogismus vero ad impossibile est qñ aliq̄s syllo-gistice ducit̃ ad impossibile. ꝛ ꝑpter hoc interimit̃ aliqua pre-missarū que erat causa illi9 impossibilis. Vñ iste syllogism9 semp h3 duas ꝯclusiones. vt cū dr est r. hō asinus. hoc con-cesso. Contra nullus asinus est aīal rōnale mortale. hō est asi-nus. ergo hō nō est aīal rōnale mortale. s3 hoc est impossibile ergo ꝛ ista. hō est asinus. ꝛ iste syllogismus est in q̄rto mō pri-me figure. ¶ Sciendū est eñ ꝙ nō cā vt cā semp fit in syllogis-mo ad impossibile. Fallacia aūt ꝑm nō cām vt cām fit qñ nō cā ponit̃ vt cā. ꝛ ꝑpter hoc apparet sequi impossibile. ꝛ illud qđ apparet esse causa interimit̃. vt si querat̃. est ne brunellus hō. quo ꝯcesso nullus asinus est aīal rōnale mortale. sed hō ē asinus ꝛ brunellus est hō. ergo hō nō est aīal rōnale. hoc au-tem est impossibile. ergo brunellus nō est hō. In hac aūt dic-ta argumentatōe non est cā vt cā. q2 interimit̃ id qđ apparet esse causa ꝛ nō est. sc3 brunellus est hō. Causa apparentie est cōuenientia huius qđ apparet esse cā ꝛ nō est cū eo qđ est cā. Causa falsitatis est diuersitas eorūdē. tale eñ exemplum po-nit Arestoteles huius fallacie. vt querendo sic Sūt ne aīa ꝛ vita idem. quo concesso Contra mors ꝛ vita sunt ꝯtraria. sed mors est corruptio. ergo vita est generatio. et per consequens viuere est generari. sed hoc est impossibile. q2 quicq̄d viuit nō generat̃. sed generatum est. ergo aīa ꝛ vita sunt idem. Hec cō-clusio peccat ꝑm fallaciam ꝑm non cām vt causam. q2 ex hoc eñ ꝙ anima ꝛ vita sunt idem non sequitur impossibile. ꝛ ita non debet interimi. sed ista mors ꝛ vita sunt contraria. quia

in omnib⁹ his id qđ nõ est causa apparet esse causa. q2 ↄmu/
nicat in terminis cũ aliquib⁹ ꝓpositionib⁹ ex q̃b⁹ seq̃tur im/
possibile. Ex istis pȝ ꝙ ista fallacia nõ fit in syllogismo osten
siuo. vt oĩs hõ currit. sortes est hõ ⁊ sol est in cancro. ergo
sortes currit. hic nõ est fallacia non cause vt cause. q2 hec ꝓ
positio sol est in cancro nõ est causa neq3 apparet esse causa.
sicut apparet in syllogismo ad impossibile

Postq3 autor determinauit supius de fallacia ↄsequẽtis. Hic ↄsequẽ
ter determinat de fallacia s̃m nõ cãm vt cãm. ⁊ q2 ista fallacia nõ fit in syl/
logismo ostensiuo. sed bene fit in syllogismo ad impossibile. ideo anq3 autor
ostendat cãm huius fallacie p̄mittit vnã diuisionẽ syllogismi qui diuiditur
in syll'm ostensiuũ ⁊ ad impossibile. Et đr ostensiu⁹. q2 vnico ꝓcessu ex dua
bus p̄missis ostendit suã ↄclusionem Et syllogismus ad impossibile est qui
ex duab⁹ p̄missis infert vnã manifeste falsam. ꝓpter cuius falsitatẽ interimit
aliqua p̄missaꝝ. et sic ibi sunt plures ꝓcessus. igit̃ ⁊ plures ↄclusiones. sed in
ostensiuo vnica est ↄclusio ⁊ vnicus processus. q̃re in ipso premisse possunt
esse tam vere q3 false. Sed syllogismus ad impossibile semꝑ habet vnam
p̄missam falsam. aliter eñ nunq3 ↄcluderet falsum. vt animal est asinus. om
nis hõ est aĩal. ergo omnis homo est asinus. ↄclusio est falsa. ergo aliqua pre
missarũ. non minor ergo maior. Et s̃m talem ꝓcessum quando male interi
mitur aliqua premissarũ ↄmittit̃ presens fallacia ¶ Sciendũ primo ꝙ ꝓ
missa đr causa que necessario facit ad illatiõem ↄclusionis. ⁊ qua remota nõ
amplius seq̃tur ↄclusio in tali mõ arguẽdi. et ex eisdẽ p̄missis. et per opposi/
tum premissa nõ causa est que ↄuenit cũ aliqua p̄missarum syllogismi in sub
iecto vel predicato. que tamen nullo mõ facit ad illatiõem ↄclusionis. quia
ipsa posita vel remota nihilominus ex alijs premissis infertur ↄclusio. sicut
omnis asinus est rudibilis. omne animal est asinus. ergo oĩs hõ est aĩal. ⁊ ꝑ
ↄsequens oĩs homo est asinus. hec ꝓpositio omnis asinus est rudibilis ex
parte subiecti sui ↄuenit cũ maiore. et tamen nihil facit ad illationem ↄclusio
nis. q2 ipsa remota adhuc bene sequit̃ ↄclusio. Ex quo paȝ ꝙ ad nõ causaȝ
vt causam duo requirũtur. Primo ꝙ p̄missa nõ causa nõ sit causa ↄclusio/
nis. secũdo ꝙ habeat causam apparentie ꝑ hoc ꝙ ↄuenit cuȝ alijs premissis.
ideo si in syllogismo ponitur aliqua premissa que non ↄuenit in subiecto vel
p̄dicato cum aliqua premissaꝝ ibi nõ est nõ causa vt causa. licet ibi sit nõ ꝓ/
pter hoc accidere falsam ¶ Sciendũ secundo ꝙ causa apparentie huius
fallacie est ↄueniẽtia p̄misse nõ cause cũ premissa causa in subiecto vel pre/
dicato ꝓpter quã credimus ꝙ sicut premissa causa facit ad illatiõem ↄclusio
nis false. ꝙ etiã premissa non causa inferat talem ↄclusionem. et ꝓpter fal
sitatem illius ↄclusionis videtur debere interimi premissa nõ causa. que ta/
men non debet interimi. Causa vero defect⁹ est diuersitas premisse nõ cau
se ad alias premissas. Et per hoc sic definit̃ ista fallacia. Est idoneitas deci/
piendi proueniens ex apparenti conuenientia premisse non cause cum pre/
missa causa. Et sic patet ꝙ hic nõ ↄmittitur hec fallacia. sol est in cancro.

omne animal est asinus. omnis homo est animal. ergo omnis homo est asinus. conclusio est falsa. non tamen propter illam. sol est in cancro. quia nō cōuenit in subiecto vel predicato cum premissis. ideo non habet apparentiam sue cause. ¶ Sciendū tercio quod hec fallacia semper fit in syllogismo ad impossibile vt dictum est. Cuius ratio est. quia hec fallacia cōmittitur cum ex falsitate conclusionis fit regressus ad interimendum aliquam premissarū. et interimitur vna que est causa falsitatis ꝯclusionis. sed quando fit regressus a falsitate ꝯclusionis ad interimendum aliquā premissarum hoc fit solum in syllogismo ad impossibile et non in syllogismo ostensiuo Ideo hec fallacia tantū fit in syllogismo ad impossibile superfluo. hoc est quod in tali syllogismo superfluit vna premissarum que nullo modo facit ad illationem consequentis. Et per hoc differt hec fallacia ab omnib9 alijs virtute sue cause apparentie et defectus. ¶ Sciendum quarto quod huius fallacie duo possunt assignari modi. Primus est. quando ꝑmissa non causa ex parte sui subiecti conuenit cum premissa causa. vt hic omnis asinus est rudibilis. omne animal est asinus. omnis homo est animal. ergo omnis homo est asinus. cōclusio est falsa. ergo aliqua premissarum. et non ista. asinus est rudibilis. igitur male fit regressus a falsitate conclusionis ad illam. quia interimitur premissa que non est causa falsitatis conclusionis. et sic debet negari ille processus et non ista propositio. asinus est rudibilis. quia falsitas conclusionis ꝓuenit ex ista. omē animal est asinus. Secūdus modus est. quādo ꝑmissa nō causa ex parte sui ꝑdicati ꝯuenit cum ꝑmissa causa. vt omē aīal est asinus. omīs equus est aīal. omnis homo est anīal. ergo omīs homo est equus. conclusio est falsa. ergo aliqua ꝑmissarū. et nō ista. equus est aīal. et sic soluitur eodē modo sicut ꝑcedens. ¶ Contra predicta arguitur primo sic. omnis syllogismus est ostensiuus. quia ostendit aliquam cōclusionem. ergo male diuiditur syllogismus. Secūdo sic. in omni paralogismo est non causa. ergo ista fallacia nō est spēalis ab alijs distincta. Tercio sic. sicut se habet ens et nō ens. ita se habet causa et non causa vt causa. sed ens et non ens nullo modo ꝯueniūt. ergo nec causa et non causa. et sic causa apparentie huius fallacie non est ex ꝯuenientia premisse non cause vt cause cum premissa causa. Quarto sic. bonus syllogismus simpliciter et fallacia non possunt simul esse in eodē. sed vbi est causa vt non causa. ibi est bonus syllogismus simpliciter. ergo non est ibi fallacia etc. Quinto sic. hec fallacia prouenit ex parte premisse non cause. sed illa semper ponitur in primo discursu syllogismi ad impossibile. qui discursus est syllogismus ostensiuus. ergo fallacia nō committitur in tali syllogismo inq̄tum est ad impossibile. ☞ Ad primū dicitur quod licet syllogismus ad impossibile ſm primum processum eius sit ostensiuus non tamen ſm primum processum eius. quia non ostendit simpliciter suam conclusionem. sed infert ipsam propter aliquod impossibile Ad secūdum dicitur. quod si capiatur non causa pro omni illo quod habet modū cause. sic in qualibet fallacia reperitur non causa vt causa. tamen si capiatur specialiter vt prius definita est. sic solum reperitur in ista fallacia. Ad tercium dicitur. quod licet causa et non causa formaliter accepte quo ad illas intentiones non conueniunt. tamen causa et non causa materialiter capte pro premissis syllogismi pñt ꝯuenire. quia ꝑmisse in subiecto et ꝑdicato pñt ꝯuenire

Ad quartum dr q in tali fallacia vbi est non causa vt causa nõ ꝯmittit
fallacia ꝯm primum processuz vbi est syllogismus simpliciter. sed in vltima
illatione. quia interimitur premissa que non debet interimi. et ita ꝯm diuer/
sas ꝯsiderationes ibi sunt syllogismi boni: et etiam est fallacia Ad quintũ
dicitur. q licet non causa ponatur in primo discursu syllogismi ad impossi/
bile. et ibi fit causa apparentie huius fallacie. tamẽ ibi nõ ꝯmittit defectus ni
si in vltimo ꝓcessu interimendo ꝑmissam que nõ est cã ꝯclusionis. et ꝯm ta/
lem ꝓcessum talis syllogismus dicit ad impossibile.

PRopõ plꝛes ẽ illa i q pla ꝑdicãt de plibꝫ. vl pla d vno
vl vnũ d plibꝫ. vt sor. currit et disputat. vel sic. ẽ ne hic
vel hic hõ demonstratis sorte et brunello. vel sortes
et plato currũt et disputant. Propositio vna autem est in qua
vnũ ꝑdicatur de vno. Et hoc quadrupliciter. siue vnũ nume
ro. vt homo est risibilis. siue vnuz specie. vt sortes est homo.
siue vnũ genere. vt sortes est animal. siue vnũ ꝯm ꝑus et poste
rius. vt homo est ens animal est sanum. siue ꝑdicantur plu/
ra ex quibꝫ fit vnũ. vt homo est aĩal rõnale mortale. Scdm
plures interrogationes fiunt paralogismi quãdo ad interroga
tiones plures datur vna responsio Causa apparentie hu/
ius fallacie est vnitas interrogationis complexe. Causa falsi
tatis est pluralitas ipius: Duo sunt modi huius fallacie. ꝑ
mus modus est. quando plura in singulari numero subijci/
untur vel ꝑdicantur. vt hic est ne hic et hic hõ demõstrato sorte
et brunello. si dicat sic. g brunellꝰ ẽ hõ. si nõ. g sor. nõ ẽ hõ Nõ
enĩ bene respondit quãdo fecit responsionẽ vnam ad interro
gationẽ plures. sed debz respondere. veruz est ꝓ vno et falsum
est ꝓ reliquo. Secũdus modus est quando plura in plurali
numero subijciũtur vel ꝑdicantur. vt sunt ne ista bona vel non
bona. demonstratis bono et nõ bono. si dicit bona. ergo bo
nũ est malũ. si nõ bona. ergo bonũ nõ est bonũ. debuissz enĩ
rñdere bonũ est bonũ. malũ est malum. Si aũt ꝯcedat aliqs
hõ dari definitões simili mõ in singulari et in plurali. vt cecũ
est aptũ natũ videre et non videt et ceca sunt apta nata videre
et nõ vident. nõ effugiet redargutõem demonstrato vno ce/
co et altero vidente. Et dicat sic. sunt ne illa ceca si ceca. ergo
illud est cecũ demonstrato vno vidente. nõ enĩ dicebat illum
esse cecũ et illũ esse videntẽ. sz dabat vnã rñsionẽ. eo q ꝯcessit
q silis darẽt definitio in singulari numero et in plurali.

Postq̃ autor determinauit de fall'a ſm nõ cãm vt cãm Hic ↄ̃sequẽter
determinat de fall'a ſm plures interrogatões vt vnã. Et ad ostendenduȝ
q̃d ſit interrogatio plures. et q̃d vna. p̃mo oſtendit quid ſit ꝓpoſitio plures
ipam definiens. Propoſitio plures eſt illa in qua vnuȝ de pluribꝫ p̄dicaꝛ. vel
plura de vno. vel plura de pluribꝫ incõiunctim. Exempluȝ p̃mi. vt ſortes et
plato currũt. Exemplũ ſecũdi. vt ſortes currit vel plato diſputat Et dꝛ ta
lis ꝓpoſitio plures. qꝛ ibi deſignãtur plures ↄ̃poſitões p̄dicati cũ ſubiecto.
et iſta ꝓpoſitio nõ hꝫ tm̃ vnũ ſenſum. Sed ꝑ oppoſituȝ ꝓpoſitio vna eſt in q̄
p̄dicaꝛ vnũ de vno. ſiue illud fuerit vnũ in numero. ſicut ſortes eſt ſortes. ſi
ue ſpecie. vt ſortes eſt homo. ſiue genere. vt ſortes eſt aĩal. ſiue analogia. vt
ſortes eſt ens. Itẽ quãdo plures dictões que ſe hñt vt determinatio ⁊ deꝛ-
minabile faciũt vnũ numero eſt ꝓpoſitio ſimpliciter vna. vt ſortes eſt albus
hõ eſt aĩal rõnale ¶ Sciendũ p̃mo ꝙ enũciatio. ꝓpoſitio. ⁊ interrogatio.
ſunt idem ſm rem. differũt tñ rõne. Dicitꝛ eñ enũciatio inq̃ꝫtũ eſt enũciati
ua veri vel falſi. ſed ꝓpoſitio ꝑut eſt alterius oſtenſiua. ⁊ poniꝛ ꝓ alio videlꝫ
ꝓ ↄ̃cluſione inferenda. Sed dꝛ interrogatio inq̃ꝫtũ ſumiꝛ cũ ſigno interroga
tiuo. Et qꝛ ſunt idem realiter ꝓpoſitio ⁊ interrogatio. ideo ſicut aliqua eſt ꝓ
poſitio plures ⁊ aliqua vna. ita eſt q̃dam interrogatio plures inq̃ꝫtũ interro
ganꝛ plura de vno vel vnũ de pluribꝫ. et aliqua interrogatio in qua vnũ in-
terrogaꝛ de vno differẽter tñ poſſet fieri. interrogatio plures. vno modo ſm
ſua ſcata tm̃. vt dicendo vtrũ canis currat. et talis ꝓpoſitio plures cauſat eq
uocatõem ⁊ amphibologiã. Alio mõ dꝛ interrogatio plures ſm vocẽ ⁊ ſig-
nificata. ⁊ illa cauſat p̄ſentem fallaciã. ⁊ de illa eſt ad ꝓpoſitũ ¶ Sciendũ
ſcdo ꝙ cauſa apparentie huius fall'e eſt ↄ̃ueniẽtia interrogatõnis plures ad
interrogatõem vnã. rõne cuius credimus ꝙ ſicut ad interrogatõem vnaȝ
eſt danda vna rñſio ꝙ ſimiliter ad interrogatõem plures et iſta ↄ̃ñtia nõ ſoluȝ
dꝫ attendi ex ꝑte vocis illaꝝ rerũ interrogataꝝ. que in interrogatiõe plures
capiũtur ꝑ modũ vnius. in qua aggregatõe ꝓpter ↄ̃uenientiã eaꝝ crediꝛ ꝙ
ꝙ debeat fieri vna rñſio. Sed cã defectus huius fall'e eſt pluralitas interro
gatoꝝ. Et ſm hoc ſic definiꝛ hec fallacia. Eſt idoneitas decipiẽdi ꝓueniens
ex ↄ̃uenientia interrogatoꝝ plures ad interrogatõem vnã ¶ Sciendũ
tercio. ꝙ huius fallacie in textu aſſignãtur duo modi. Primus eſt qñ in in-
terrogatõe in ſingulari numero plura ſubijciũtur vel p̄dicãtur. vt ſi queraꝛ
eſt ne ſortes ⁊ brunellus hõ. ſi negatiue inferꝛ ſortes nõ eſt hõ. ⁊ hoc vnica
rñſione affirmatiua inferꝛ. ergo brunellus eſt hõ. Secũdꝰ modus eſt. qñ in
tali interrogatõe in plurali numero plura ſubijciũtur vel p̄dicanꝛ. Exẽpluȝ
vt demõſtrato vno ceco ⁊ alio vidente. ⁊ ſi queraꝛ vtruȝ iſti ſint ceci vel vi-
dentes. ſi dicũtur ceci tũc inferꝛ. ergo cecus eſt videns. et q̃litercunq̃ fiat re-
ſponſio vnica rñſione ſemꝑ duciꝛ ad aliquã metham. Unde nõ opꝫ dare
vnicã rñſionẽ ſed plures dicendo demonſtrato vidente iſte eſt videns. ⁊ de
monſtrato ceco iſte eſt cecus. ¶ Sciendũ quarto. ꝙ iſta fall'a p̃us cauſat
decẽptõem interrogando p̄miſſas ſyllogiſmi q̃ꝫ ſyllogiſando. qꝛ fit decep-
tio reſpondentis qñ ad interrogatõem plures reſpondentes dant vnã re-
ſponſionem. qꝛ al's nõ p̄t paralogiſari ſm paralogiſmos huius fallacie. q̃ꝫ-
uis tamen iſta reſponſio nõ ſit de eſſentia huius fallacie vel paralogiſmoꝝ
eius. ſed cauſa finalis ſine qua nõ fit deceptio. et ſic poteſt dici vere vel appa

renter respondentē esse ductuȝ ad incōueniens. eo ꝙ interrogatio plures vel
est vera ꝑ vtraqȝ parte vel vera pro vna parte ⁊ falsa pro alia. tūc si rn̄dens
dat vnā responsionē affirmatiuā ꝯcedit equalenter totā copulatiuā. cuius
vna pars est falsa. et sic ducereť ad metham redargutionis. Et si dat vnam
responsionē negatiue negat equalenter vnā disiūctōem cui⁹ altera pars est
vera. ⁊ sic ducereť ad incōueniens apparenter ☞ Contra p̄dicta argui
tur p̄mo sic. in ista ꝓpōne om̄is hō currit. vnuȝ p̄dicatur de pluribꝫ. ⁊ tn̄ non
est ꝓpositio plures. ergo ꝯtra definitōem ꝓpōnis plures Scd̄o sic. ista ꝓ-
positio sortes currit ⁊ plato disputat est ꝓpositio vna copulatiua ⁊ ꝯiūctiua
ergo male dr̄ ꝙ est ꝓpositio plures. Tercio sic. in ista sortes est hō ⁊ asin⁹
p̄dicatur vnū in genere de vno subiecto. ⁊ tamen ibi nō est ꝓpositio vna. er-
go ad ꝓpōnem vnā nō sufficit ꝙ p̄dicať vnū in genere vel in specie. Quar
to sic quecūqȝ sunt plura ponūtur in plurali numero. ergo plura nunqȝ subij
ciūtur in singulari numero. ⁊ ꝑ ꝯsequēs male poniť p̄mus modus hui⁹ fal
lacie Quinto sic. tot sunt modi huius fallacie quot modis fit interroga
tio plures. sȝ illa fit tribꝫ modis. vt p̄us dcm̄ est. ergo male ponūtur tm̄ duo
modi huius fallacie ☞ Ad p̄mū dr̄ ꝙ in ista ꝓpōne om̄is hō currit p̄di
cať vnū de pluribꝫ ꝑ modū vnius. qꝛ hō teneť ꝓ omnibꝫ particularibꝫ hoībꝫ
inqȝtū ꝯtineňť sub suo ꝯmuni p̄dicato qd̄ est humanitas. sed ibi nō p̄dicatur
vnū de pluribꝫ ꝑ modū pluriū. Unde ibi illud qd̄ subijciť est vnuȝ. licet sup-
posita ꝓ quibꝫ teneť sint diuersa Ad secūdū dr̄. ꝙ licȝ ꝓpositio copulatiua
sit aliquo mō vna ꝯiūctiōe ⁊ s̄m quid. tn̄ est simplr̄ plures. qꝛ simul affir-
mat plures cathegoricas quarū vna potest esse vera ⁊ alia falsa. sic autē non
est de ꝯditionali vel disiūctiua Ad terciū dr̄. ꝙ licet hō ⁊ asinus sint idem
genere s̄m rem. tn̄ in ista ꝓpositione sortes est hō ⁊ asinus nō enūciaňť ꝑ mo-
dum vnius in genere. sed ꝑ modum diuersoꝝ in specie. qꝛ sub diuersis noībꝫ
diuersaꝝ speꝝ. ideo ibi est ꝓpositio plures Ad quartū dr̄ ꝙ si capiať nume
rus pluralis vt est passio rerū. tūc quecūqȝ sunt plura sunt in plurali numero
sed si capiať numerus pluralis vt est passio termini s̄cantis ⁊ est vnus mo-
dus s̄candi sic plura possunt accipi in singulari numero ⁊ nō semꝑ in plura
li Ad q̇ntū dr̄ ꝙ licet istis tribꝫ modis quibꝫ variať interrogatio plures
possunt distingui modi huius fallacie. tn̄ eque bene distinguūtur penes du-
os p̄mos positos. qꝛ in quolibet p̄dictoꝝ modoꝝ potest fieri triplex varia
tio paralogismoꝝ s̄m triplicē modū interrogatōis plures.

Post hec aūt reducenduȝ est om̄es fallacias ad ignoran
tiā elenchi. Reducere aūt omnes ad ignorantiā elenchi
est ostendere qualiter fallacia quelibet peccat cōtra aliquam
particulam in definitōe elenchi positam. aut rōne syllogismi
aut ꝯtradictionis. Sicut em̄ differentia aduenies generi cō
stituit spēm. ita rō ꝯtradictiōis adueniens syllogismo consti-
tuit elenchum Unde q̇cquid est in elencho aut est in eo rōne
ꝯtradictōis. aut rōne syllogismi. Dicit em̄ Arestoteles ꝙ di-
uidendū est omnes syllogismos apparentes ⁊ elenchos. aut

omnes reducēndū est ad ignorantiā elenchi. Equiuocatio ꝛ amphibologia et figura dictionis reducūtur ad ignorantiaȝ elenchi. eo ꝙ duplex esse impedit syllogismū ꝛ ꝯtradictōnem Sed ꝯpositio. diuisio. accentus reducūtur ad ignorantiam elenchi in eo ꝙ nō est oratio eadē vel idē nomen sed differēs. oportet aūt hec scȝ nomen ꝛ rōnem esse eadē queadmoduȝ et rem si debeat esse elenchus. Qui vero ſm accidens fiunt manifesti sunt definito syllogismo. qꝛ fiunt ꝯtra particulā in definitione elenchi positam. scȝ necesse est aliud accidere ꝑ ea q̄ posita sunt ꝛ ꝯcessa. ꝛ ſm hanc fallaciam que est ſm accidēs artifices ꝛ sciētes sepe ab insciijs redarguūtur facientibꝫ syllogismos ꝯtra sapiētes. nā ſm accn̄s faciūt syllꝰmos apparētes Qui ṽo fiūt ſm q̄d ad simplr̄ reducūtur ad ignorantiā elēchi qm̄ de eodē nō est affirmatio ꝛ negatio. vt ethiops est albus ſm dentes. ergo est albꝰ. Manifesti aūt sunt syllꝰmi q̄ ꝑus dicti sunt ꝛ q̄les nūcupanꝰ. Qui ṽo fiūt ſm id qđ petiꝰ in ꝑncipio ꝛ nō cām vt cām peccāt manifeste ꝯtra definitōem syllogismi. qꝛ in syllꝰmo oportet seq̄ aliud de necessitate qđ nō erat in ꝑncipio. et sic oportȝ ꝙ ꝑmisse sint cā ꝯclusiōis syllꝰmi Qui ṽo ſm cōsequens reducūtur sicut illi q̄ fiunt ſm accn̄s. Qui ſm plures interrogatōes vt vnā reducūtur ad elenchū. eo ꝙ peccāt ꝯtra vnitatē ꝑpōnis. Ibi em̄ non sumiꝰ ꝑpō vna. ꝛ ꝑ ꝯsequēs nec ꝑpō. nā eadē est definitio vnꝰ rei ꝛ rei. vt hoīs et vnius hoīs. silꝰ aūt est in alijs. Vn̄ ꝑpō vna vnuȝ de vno affirmat. sed nō est ita in ꝑpōne plures in q̄ ꝑdicanꝰ plura d̄ vno. vel vnū de pluribꝫ. ꝛ ꝑpter hoc peccāt ꝯtra vnitatē propositōis. Itē oēs fallꝰe indictōe ꝛ ſm q̄d ad simplr̄ reducunꝰ ad ignorantiā elenchi. eo ꝙ peccāt ꝯtra ꝯtradictōnem. Oēs aūt alie fallꝰe extra dictōem reducunꝰ in hoc ꝙ peccāt ꝯtra definitionē syllꝰmi. Et hec de fallacijs Pe. hys. dicta sufficiāt amen

Postꝙ au. determinauit de vnaquaqꝫ fallaciaꝝ ſm se. Hic ꝯsequēter determinat de ipsis ꝑ ꝯparatōem ad elenchū ostendēdo q̄uo oēs deficiūt vel peccāt ꝯtra rōnem elenchi. Et ꝑ hoc reducūtur ad ignorātiā elēchi Vn̄ reducere fallꝰas ad ignorantiā elenchi. est ostendere q̄uo q̄libet peccat ꝯtra aliquā ꝑticulā definitōis elenchi. siue hoc fiat rōne syllꝰmi siue rōne ꝯtradictionis q̄ est vltima forma elenchi Et sicut dr̄ia adueniēs generi ꝯstituit spēm ita ꝯtradictio adueniēs syllꝰmo dyaletico ꝯstituit elenchum.

Tractatus sextus.

¶ Sciendū ṗmo ꝙ ignorantia elenchi vt ṗus dcm̄ est capit̄ dupl'r. vno
mō spēaliter vt ꝓuenit ex ignorantia alicuius ꝑticule in definitione elenchi
posite rōne ꝯtradictōis. scʒ ad idē. ſm idē. ſilr'. ⁊ in eodē tp̄e. ⁊ sic ſm igno
rantiā elenchi sumit̄ fallacia spēalis. et isto mō nō capit̄ hic. nec ad ip̄m redu
cunt̄ alie fallacie. Alio mō capit̄ cōiter ꝓ ignorātia cuiuscūq₃ ꝑticule. siue hoc
sit rōne syllogismi siue rōne ꝯtradictōis. ⁊ hoc mō ſm ignorātiā elenchi nō
sumit̄ vna spēalis fall'a. Sed hoc mō ignorātia elenchi est cōis ad oēs falla
cias. et isto mō capit̄ hic. ¶ Sciendū secūdo ꝙ oēs fall'e in dictōe ꝗ̄tum ad
paralogismū hn̄t reduci ad ignorantiā elenchi cōiter accepti. Rō huius est
q₂ ip̄as reducere ad ignorantiaʒ elenchi est ostendere qūo q̄libet fall'a peccat
ꝯtra elenchū. sed oēs fall'e in dictōe peccant ꝯtra elenchuʒ. qđ pʒ inductiue
vn̄ ad rōnem syllogismi ⁊ ꝯtradictōis req̄ritur vnitas rei ⁊ nōis simul. sed
in equocatōe. amphibologia. ⁊ figura dictōnis nō est vnitas nōis ⁊ rei si/
mul. q₂ licet ibi maneat vnitas vocis. non tn̄ vnitas rei. q₂ ibi dictio vel ōrō
capit̄ ꝓ diuersis ſcatis ⁊ multipl'r. Sed in ꝯpositōe ⁊ diuisione nō est vni/
tas neq₃ vocis neq₃ ſcati. q₂ nō est ōrō eadem ſm modū ꝓferendi. Et silr'
in fall'; accentus deficit vnitas rei ⁊ nōis simul. ⁊ sic oēs fallacie in dictione
peccāt ꝯtra verū elenchū ¶ Sciendū tercio ꝙ silr' oēs paralogismi fall'aꝝ
extra dictōem reducūtur ad ignorantiā elenchi. Nā ad elenchū requirit̄ cō
clusionē de necessitate accidere ex p̄missis. hoc est seq̄. sed in fall'a accn̄tis con
clusio nō seq̄tur de necessitate. ⁊ q₂ fall'a ꝯn̄tis est pars materialis fallacie ac
cidentis ⁊ nō subiectiua. q₂ se habet vt inferius ad ip̄am ratiōe terminoꝝ in
quib₉ fit fallacia ꝯsequentis. sic silr' est de ipsa sicut de fallacia accidentis.
Sed paralogismi fallacie ſm q̇d ad simpliciter ⁊ ignorātie elenchi spēaliter
sumpti nō faciūt ꝯtradictōem simpl'r. q₂ in ipsis non est affirmatio ⁊ nega
tio de eodē ad idē ſm idem. silr'. et in eodem tp̄e. Ideo peccant ꝯtra elen
chum rōne ꝯtradictionis. Sed paralogismi petitōis ṗncipij non ostendūt
de necessitate suā ꝯclusionem. sed in ipsis ꝯnumeratur qđ erat in principio.
Similiter in fallacia nō cause vt cause nō fit ꝓbatio ꝯclusionis. ideo ille fal
lacie peccant ꝯtra syllogismū ꝓbatiuū. et per ꝯsequens ꝯtra elenchū. Item
ad elenchum requiritur rōne syllogismi ꝙ quelibet premissarum sit ꝓpositio
vna. sed in fallacia ſm plures interrogationes vt vnam nō sumitur ꝓpo/
positio vna sed plures. quia non est simpliciter ꝓpositio. quia est eadem ratio
ꝓpositionis ⁊ ꝓpositionis vnius. sicut est eadem rō hominis ⁊ hōis vnius. ⁊
sic ista fallacia peccat contra elenchum. et sic patʒ inductiue ꝙ om̄is fallacia
reducit̄ ad ignorantiā elenchi per hoc ꝙ syllogismi earum habent aliquam
causam defectus contra elenchum Sciēdum quarto. ꝙ in paralogismis
requiritur duplex causa defectus. Prima est ex parte rerum vel dictionum
de quib₉ fit disputatio ſm quam omnes paralogismi vel fallacie deficiūt cō
tra elenchum. Alia autem causa reperitur ex parte respondentis. que est ig/
norantie proprie cause defectus ipsius paralogismi per quam ignorantiaꝫ
respondens decipitur. Prima est actiua deceptio. secūda vero passiua. pri/
ma est essentialis paralogismo. secunda accn̄talis ⁊ extrinseca. Et lʒ illa sic
accn̄talis tn̄ ꝑalogismi nō pn̄t causare deceptōem rn̄dētis sub tali cā defec/
tus. et in qualibet fall'a reꝗritur vna causa defectus ex parte rerum vel dicti/

onū vt posset videri inductiue. Vn̄ in equocatōne decipimur eo ꝙ ignora mus pluralitatē actualē eiusdē ꝛ amphibologie ꝙ ignoram⁹ diuersa ſcā ta orōnis vni⁹ actualiter. sicut in qualibet fallacia ꝓpria cā defect⁹ ē in rn̄ dente. sed causa deceptōnis est defectus rn̄dentis. Vn̄ ex p̄dictis manife stū est q̄ est ꝛ q̄ sunt fallacie causa tam in dictōne q̄ȝ extra dictōnem ꝛ que sunt cause apparentie ꝛ defectus earūdē. Et quot sunt modi in qualibꝫ fal lacia. ꝛ quō om̄es reducūtur ad ignorātiā elenchi Cōtra p̄dicta argui tur pmo sic. In singulis fallacijs ostense sunt prius cause defectus fallacia rum. ergo hic superflue dicit defectus ipaꝝ. Scd̄o sic passio solū cōuenit suo subiecto. sed cōtradictio est passio enunciatōnis. g̊ nō ꝯuenit syllogis mo. nec etiā elencho. Tercio sic. Nullū perfectū reduci habet ad imper fectū. sed magis ecōtra. Sed fallacia in dictōne ꝛ etiā fallacie accidentis priores vel perfectiores sunt fallacia ignorantie elenchi. g̊ male ad ipam re ducūtur. Quarto sic. In fallacia ignorantie elenchi infert vera cōtradi ctio in ꝯclusione palogismi. g̊ illa fallacia nō peccat ꝯtra elenchū rōne ꝯtra dictōnis. Quinto arguit sic. In fallacia petitōnis principij ꝯn̄s neces sario seq̄tur ex an̄te. g̊ male dr̄ in textu ꝙ in petitōne principij ꝯclusio non accidit de necessitate. ☞ Ad pmū dicit ꝙ licet prius ostense sint cause defectus fallaciaꝝ ſm se. nō tn̄ on̄se sunt quō illi defectus ꝯtra rōnem elen chi peccāt. Idio hic nō superflue ponūtur cause defectus. Ad scd̄m dr̄ ꝙ licet cōtradictio pmo ꝛ ꝑ se ꝓpositioni ꝯueniat. tn̄ p̄t cōuenire ex ꝯn̄ti sil logismo rōne sue ꝯclusionis vel alicuius p̄missarū que cōtradicit positōni rn̄dentis. Ad terciū dr̄ ꝙ licet fallacie in dictōne sint perfectiores falla cia ignorātie elenchi. que est vna spēalis fallacia nō tn̄ sūt ꝑfectores fallacia ignorantie elenchi que est ꝯn̄s ad om̄es fallacias. q2 illa fallacia cōtinet in se causas oīm fallaciaꝝ. Ad quartū dr̄ ꝙ licet in paralogismis ignoran tie elenchi apparenter inferat vera cōtradictio in ꝯn̄te tn̄ illa ꝯtradictio nō sequit ex necessitate neqꝫ premisse ꝓbant ipam necessariam. quod tamen requirit ad verū elenchū. Ideo tales paralogismi non sunt simpliciter cō tradictorij. Ad quintū dicit. ꝙ licet in petitōne principij conclusio sequa tur de necessitate q̄ȝtum ad illatōnem non tn̄ seq̄tur de necessitate q̄ȝtum ad ꝓbatōnem. Ideo per hoc illa fallacia sicut ꝛ omnes alie fallacie redu cūtur ad ignorantiam elenchi. Et hec de fallacijs dicta sufficiant.

Sequitur septimus tractatus

Orū que dicuntur

quedam dicuntur cum complexione vt homo currit. quedam sine comple xione vt homo. quia est terminus in complexus.

Iste est septimus tractatus magistri Pe. hy. In quo postq̄ȝ determia

Tractatus sextus.

tũ est in tractatu fallaciaꝝ de fallacijs. hic ꝯ̃ñter determĩat de quibuſdam
ꝓprietatibꝫ terminoꝝ q̄ ſũt ſuppoſitio ampliatio reſtrictio ꝛ appellatio. q̄ quiꝯ
dam tractat⁹ p̄ma ſui diuiſione in duas diuidiꝛ ꝑtes. In p̄ma em̄ parte
pe. hyſ. ponit q̄dã p̄ambula valentia ad ſuppoſitõnẽ intelligẽdã. In ſecun
da ꝑte determĩat de ip̃a ſuppoſitõne. ibi. Suppoſitõ ẽ acceptio termini. Et
prima ꝑs diuidiꝛ in ꝑtes. Nã p̄mo ponit diffinitõnẽ termini. Eſt ḡ p̄ma
diuiſio tal'. Eoꝝ. i. eaꝝ rerũ q̄ ꝛ i ũꝛ. i. ꝓferũꝛ q̄dã dicũꝛ cũ cõplexione. i. ſermo
ne cõplexo. vt hõ currit. q̄dã ſine cõplexione. i. cõpoſitõne. vt hõ ꝑ ſe. ꝛ aĩal
per ſe. Cui⁹ diuiſionis habeꝛ ſufficiẽtia. qꝛ voces dicibiles ſũt ſigna cõcepꝯ
tuũ. Sꝫ duplex eſt cõcept⁹ ſcꝫ ſimplex q̄ ẽ ſimplicis rei intuitus. ꝛ cõpleꝯ
xus q̄ ẽ appꝛeh̄ẽſio vni⁹ rei cũ alia. Sꝫ p̄m⁹ ꝯcept⁹ cauſat dicibile icõplexũ
et ſecũdus cauſat dicibile cõplexũ. Sciendũ p̄mo ꝙ ſicut alioꝝ tractaꝯ
tuũ q̄ttuoꝛ ſũt cauſe. ita ꝛ hui⁹. Vñ cã materialis hui⁹ tractat⁹ ẽ termin⁹
ſupponẽs q̄ dꝛ ſubiectũ attributõnis ſiue materia circa quã. Cui⁹ rõ ẽ. quia
hic ꝯſideraꝛ vox ꝛ ſ̄ſcatio q̄ ſunt p̄ncipia termini ſupponẽtis. ꝛ ſuppoſitio ẽ
paſſio ei⁹. Termin⁹ aũt vlis ꝛ ꝑticularis ſũt ꝑtes ſubiectiue termini ſupꝯ
ponẽtis. iõ termin⁹ ſupponẽs ẽ ſubiectũ ſcie hui⁹ tractat⁹. Sꝫ cã formalis
eſt duplex. ſcꝫ forma tractatus ꝛ forma tractãdi. Forma tractat⁹ ẽ diuiꝯ
ſio libꝛi in duas ꝑtes. vt dictũ ẽ ſupius. Sꝫ forma tractãdi ẽ mod⁹ agendi
ſiue ꝓcedendi q̄ ẽ triplex. ſcꝫ diffinitiu⁹ diuiſiuus ꝛ exẽploꝝ poſitiu⁹. Cauꝯ
ſa f. nal' ẽ duplex. ſ. itrinſeca ꝛ extrĩſeca. Intrĩſeca ẽ ꝑfecta cognitio termĩ ſupꝯ
ponentis. Sꝫ extrinſeca ẽ ꝑfecta cognitio enũciatõnis. ꝛ cuiuſlibet argumẽ
tatõnis. Sciendũ ſcd̃o. ꝙ iſte tractat⁹ vtilis ẽ ad cognoſcendũ veritaꝯ
tem ꝛ falſitatẽ cuiuſlibet enũciatõnis. qꝛ ſuppoſitio ẽ q̄dã ꝓprietas p̄ncipioꝯ
rum enũciatõnis ex quoꝝ mutatõne mutaꝛ veritas ꝛ falſitas enũciatõis
Vtilis etiã ẽ ad cognoſcendũ argumẽtatõnes ſophiſticas q̄ ꝓueniũt ex di
uerſa ſuppoſitõne terminoꝝ. Vñ aliq̄ hũc tractatũ poſt tractatũ p̄dicamẽ
toꝝ ordinauerũt. q̄a in iſto tractatu determĩaꝛ de termĩo incõplexo. ſicut in
tractatu p̄dicamẽtoꝝ tñ ꝯuenientius ordinaꝛ poſt tractatũ fallaciaꝝ. quia
ſuppoſitio nõ ſꝑ fit in termĩo ſm̄ ſe. ſꝫ in ordine ad adiũcta. cũ q̄bꝫ facit vel
enũciatõem vel argumẽtatõnẽ ꝯuenĩeter. ḡ iſte tractat⁹ poniꝛ in fine. qꝛ orꝯ
dinaꝛ ad oẽs alios Sciẽdũ. iij. ꝙ hec diuiſio poniꝛ aliter hic q̄ꝫ in añp̄ꝛeꝯ
dicamẽtis qꝛ i añp̄ntis ponitꝛ ideo vt ꝑ ip̄am ſciãꝛ q̄ ſũt ponibilia ĩ p̄dica
mẽtis. cuiuſmodi ſũt termini incõplexi ꝛ q̄ nõ. cuiuſmodi ſũt ꝯplexa. ſꝫ hic
poniꝛ ad ſciẽdũ qui termini ſupponũt cuiuſmodi ſunt termini incõplexi. ꝛ q̄
non cuiuſmodi ſunt ꝯplexa. Neceſſe ḡ fuit vt ex diuiſione vocis ſ̄ſcatiue ad
placitũ q̄ eſt termin⁹. Inchoareꝛ iſte tractat⁹ vt vno mẽbro diuiſionis ab
iecto tanq̄ꝫ ꝓpoſito nõ deſeruiẽte aliud reſumeret tanq̄ꝫ ꝓpoſito deſeruiẽs
Sitem̃ inchoareꝛ a nõ ꝯplexo tradendo primã illã diuiſionẽ de facili dubiꝯ
um fieret diſcipulo Sciẽdũ quarto. ꝙ ſicut dictũ eſt in antepredicamen
tis. In diuiſione diciꝛ capiꝛ generaliter. vt idẽ ẽ ꝙ ſignificabile ꝑ vocẽ ꝛ nõ
vt idẽ eſt ꝙ de alio p̄dicabile ſilr̃ in hac diuiſione ſumiꝛ generaliter. ꝓ oĩ eo
quod dicendo ꝓferꝛ. al's ꝯplexũ ꝛ termin⁹ ſingularis nõ cõtinerenꝛ ſub di
uiſo. qꝛ talia non predicanꝛ ſcũ non ſint predicabilia que cum ſint ſimplices
et vniuerſales forme non verificanꝛ de complexo ꝛ indiuiduis. ꝛ ſic patet
titulus cauſa ꝛ vtilitas ꝛ ordo huius tractatus Contra predicta argui

tur p̄mo sic. In isto tractatu determiat̄ de termino incomplexo sicut in tractatu predicamentoꝝ. ergo iste tractatus deberet ordinari post tractatum predicamentoꝝ. ⁊ per ꝯsequens male ponit̄ post tractatū fallaciaꝝ. Secundo sic. Incomplexū est pars complexi. ergo non debet distingui contra ꝯplexum. ⁊ per ꝯsequens ista diuisio non est sufficiens. Tercio sic. Diuisio est vnū antepredicamentū. ergo non debet hic poni. Tenet ꝯsequentia. quia al's diuersoꝝ artificū esset eadem speculatio. Quarto sic. Terminus supponens est quoddā ꝯplexum. ergo non est hic subiectū. tenet cōsequētia. q2 subiectū debet esse indiuisibile ⁊ simplex. Quinto sic. Unusq̄sq3 tractatus debet denominari a suo subiecto. sed iste tractatus denominat̄ a suppositōne. ergo suppositio erit subiectū attributōnis istius tractatus ☞ Ad primū dicitur. ꝙ licz iste tractatus via nature deberet sequi tractatum predicamentorum tamen via doctrine sequitur tractatum fallaciarum. Ad secundū dicitur ꝙ licet incomplexum materialiter acceptum pro illo cui intentio incomplexi attribuitur. sit pars complexi materialiter sumpti. tamen sumptum formaliter pro illa secūda intentōne non ē pars ei⁹. s3 ei opponit̄. Ad terciū dr̄ negādo ꝯñtiā. q2 diuersimode ponit̄ hec diuisio hic ⁊ in añpredicamētis sicut dictū ē in tercio notabili. Ad quartū dicit̄ ꝙ q̄uis termin⁹ supponens sit q̄d cōplexū ꝑm vocē non tamen ꝑm rem ⁊ intellectū. Ad quintū dicit̄ ꝙ nō oportet sp̄ tractatū denominari a suo subiecto attributōnis. s3 q̄nq3 denoiatur a passione sicut hic.

Terminus vt hic sumitur est vox significans vniuersale vel particulare. vt homo vel sortes. ⁊ sic de alijs. Terminoꝝ autem incomplexoꝝ vnusquisq3 aut significat substantiam. aut qualitatem aut quantitatē aut ad aliquid. aut agere. aut pati. aut vbi aut q̄ñ. aut situs. aut habitus. Significatio vt hic sumit̄ est rei ꝑ vocē ꝑm placitū rep̄ñtatio. Quare cum oīs res. aut sit v̄lis aut ꝑticularis. oport3 dictōnes nō ſcātes v̄le vel ꝑticulare nō ſcare aliq̄d. ⁊ sic nō eēnt termi vt hic sumit̄ termin⁹ vt signa v̄lia vel ꝑticularia. Significationū alia est rei substātiue ⁊ hec fit ꝑ nomē substātiuū vt hō. Alia ē rei adiectiue ⁊ hec fit ꝑ nomē adiectiuū vel ꝑ verbū. vt currit vel albus q̄ nō est ꝓprie significatio substantiua vel adiectiua sed significat̄ aliquid substantiue vel adiectiue. Et ſcare aliq̄d adiectiue v̄l substātiue sūt modi vocū. q2 adiectiuatio ⁊ substātiuatio sunt modi ⁊ dr̄e reruz ſcantur q̄ ⁊ non significatōes

Tractatus septimus.

Nomina vero substantiua dicuntur supponere. sed nomina adiectiua vel verba dicuntur copulare.

Postq̄ȝ autor supius posuit diuisionē dicibilis. Hic ꝯñr ponit definitō
nē termini dicēs. Termin⁹ est vox ꝑcās vl'e vl' ꝑticulare. In q̄ diffinitōne
vox ponit loco gn̄is. deinde addit ꝑcās vl'e vel ꝑticulare. i. rē vl'em vl' ꝑticu
larē ad drām sincathegreumatū ꝓuatōnū ⁊ negatōnū q̄ nō sūt termini vt
hic sumit termin⁹. iō nec illis cōuenit suppositio cū suppō sit passio termini
vt hic sumit. Ex q̄ patȝ q̄ signa vl'ia vel ꝑticularia vt sūt ois. null⁹. q̄dā. ⁊
sic de alijs nō sunt termini. q2 nō ꝑcāt rē vl'em vel ꝑticularē. lȝ q̄ñq̄ȝ ꝑcent
vl'r vel ꝑticulariter ꝓ aliq̄bꝫ suppositis. Sciēdū ꝓmo q̄ termioꝝ incom
plexoꝝ vnusq̄sq̄ȝ aut ꝑcat subām. aut q̄litatē. aut q̄ntitatē. aut adaliq̄d. aut
actōnē. aut passionē. aut habitū. aut situ̅. aut vbi. aut qn̄. quoꝝ sufficiētia ⁊
diuisio satis expssa ⁊ declarata ē in tercio tractatu pe. hys. q̄re supfluū esset
de ip̄is hic spēaliter ptractare. q̄ q̄deȝ diuisio ꝓpter aliū respectū ⁊ finē poni
tur hic ⁊ in antep̄dicamētis. nā in antep̄dicamētis ponit ad cognoscenduȝ
numerū p̄dicamētoꝝ. hic aūt ponit ad cognoscendū numeꝝ termioꝝ sup-
ponentiū. Vn̄ hic determinat de incōplexis ꝫm hītudinē ad rē quā ꝑcant
vel repn̄tant. ꝫm quā eis ꝯuenit ampliare supponere copulare ⁊ restringe-
re. In p̄dicamētis ꝟo de ip̄is incōplexis determiat sub rōe p̄dicabilis et
ordinabilis in p̄dicamēto. Hic aūt nō diuidit termin⁹ incōplexus in tota
ei⁹ cōitate. q2 sic mēbra sic sumpta nō ꝯuerterent cū diuiso. sed solū diuidit
termin⁹ incōplexus ꝑcans rē vl'em vel ꝑticularē reponibilē in p̄dicamentis
Ista aūt diuisio ē hic ad duo nc̄caria. Primo ad videndū cuius nature sit
res ꝑcata ꝑ terminū. Scd̄o q̄ noīa substātiua supponūt. noīa ꝟo adiectiua
copulant ⁊ appellāt. hoc aūt fieri nō pt nisi ex ꝑte reꝝ ⁊ terminoꝝ. Iō ista
diuisio valet ad cognoscēdū q̄ termini supponūt ⁊ q̄ copulāt. Sciendu̅
scd̄o q̄ ꝑcatio termi i textu sic definit Est rei ꝑ vocē ꝫȝ placitū repn̄tatio. i. q̄
diffinitōe repn̄tatio ponit loco g̅. deinde ponit res. ad drām sincathegreu
matū q̄ nō ꝑcāt res sȝ dispōnes reꝝ. ⁊ capit hic res ꝓ eo qd̄ pt subijci vel p̄-
dicari. deinde ponit ꝑ vocē ad drām ꝑcatōnū scripturaꝝ. Vltio ponit ad
placitū ad drām ꝑcatōnis naturalis. ⁊ sic ptȝ intellect⁹ diffinitōnis ex qua
diffinitōne autor in textu infert. q̄ cū ois res sit vl'is vel ꝑticularis oportet
dictōnes nō ꝑcātes vl'e vel ꝑticulare nihil ꝑcare. ⁊ sic nō erūt termini vt hic
accipit termin⁹. Vn̄ aliter determiat de incōplexis hic in libro p̄dicabiliū
et p̄dicamētoꝝ. q2 in illis determiat de incōplexis sub rōe p̄dicabilis vl' or
dinabilis in p̄dicamēto. hic aūt determiat de ip̄is ꝫm hītudinē quā habēt
ad rem quā ꝑcant ꝫm quā ip̄is ꝯuenit supponere restringere ⁊ ampliare.

Sciendū tercio q̄ duplex ē ꝑcatio. Quedā ē naturalis sicut sūt passio-
nes in aīa nostra exn̄tes que naturaliter ꝑcāt res quaꝝ sūt silitudines ⁊ de
tali ꝑcatōe nō loq̄tur autor in pn̄ti. Alia ē ꝑcatio ad placitū. ⁊ talis ē duplex
Quedā eīn ē ꝓmo ⁊ ꝑ se ad pl'm. sicut ē ꝑcatio vocū ꝑcatiuaꝝ ⁊ ꝓlataruȝ ⁊
talis solū hic diffinit. Alia ē ad placitū ex ꝯn̄ti sicut ē ꝑcatio scripturaruȝ
et de tali nihil ad ꝓpositū. Sciedū q̄rto. q̄ vt dr̄ in textu ꝑcationū alia est
rei substātiue q̄ fit ꝑ nomē substātiuū. Alia ē rei adiectiue q̄ fit ꝑ nomen ad-

lectiuū. Cuius diuisionis rō est. q2 oīs res vel hʒ esse in se vel in alia. si pᷓmū sic ē ſcatio rei subſtie. ſ. scðm sic est ſcatio rei adiectiue. et hec diuisio sumit̃ ex pte rei ſcate p terminū. q2 substātiuatio ⁊ adiectiuatio nō sunt modi ſcationis q̄ est habitudo inter vocē ⁊ rem ſcatā. vt dr̄ textus. sed sunt modi reruʒ q̇ ſcant̃ p ipam. nō tn̄ absolute ſcant̃ vt ab intellectu ɔcipiūtur ⁊ p termios siue dicibilia ſcant̃. Et licʒ in accn̄tibꝫ sicut in albo ⁊ albedine est eadē res q̄ ſcat̃ p adiectiuū ⁊ substātiuū. ⁊ tn̄ in vno est ſcatio adiectiua ⁊ in alio substātiua. q2 albū ſcat formā alteri inherentē. albedo ꝟo eā ſcat tanq̄ꝫ p se stāteʒ et nō vt alteri inherentē. Ex dictis pʒ q̇d sit terminus. q̇d ſcatio. ⁊ quo diuidūtur ☞ Contra p̄dicta arguit̃ pᷓmo sic. vniꝰ rei erit tm̄ vnica definitio. q2 vnū habʒ esse. sed termini est alia definitio. scilʒ illa Terminus est oīo indicans q̇d est esse rei. vt pʒ pᷓmo topicoꝝ. ⁊ pᷓmo poꝝ. ergo male hic definitur Scðo arguit̃ ɔtra definitōem ſcatōis. si illa definitio esset sufficiēs sequeret̃ ꝙ termini vl̄es nihil ſcarent. pʒ ɔn̄tia. q2 non pn̄t ſcare nisi rē vl̄em sed nulla est res vl̄is. ergo termini vl̄es nihil ſcāt Tercio sic. oīs nullꝰ rē ſcant. q2 q̄titatem. ⁊ tn̄ nō repn̄tant rem ſm placitū. g̊ definitio nō ɔuenit omi ɔtento sub definito Quarto sic. hec definitio nō ɔuenit ſcatōi passionū que sunt in aīa. nec ſcatōi scripturaꝝ. g̊ nō ɔuenit omi ɔtento sub definito Quinto sic. si definitio ſcatiōis esset sufficiens sequeret̃ ꝙ termini secūde intentōis nihil ſcarent. Patʒ ɔn̄a q2 nō repn̄tat reʒ vl̄em sed tm̄ ens rōnis. ☞ Ad pᷓmū dr̄. ꝙ terminus vt sufficit ad ꝑpositū pt capi dupl̄r vno mō p definitōe q̇dditatiua rei. ⁊ sic capit̃ in definitōe p̄allegata. Secūdo mō capit̃ p eo in qð resoluit̃ ꝑpositio Et sic definit̃ aliter ab Aresto. in pᷓmo poꝝ. et in p̄senti ꝟo ɔsiderat̃ inq̄ꝫtū ipm intellectu terminat. Ad scðm dr̄ negando ɔn̄am. Ad ꝓbatōem dr̄. ꝙ licʒ res nō sint vl̄es ſm actū vl̄itatꝫ sunt tn̄ vl̄es ex pte rei in potentia. Ad terciū dr̄ ꝙ oīs ⁊ nullus nihil ſcāt sed ad ꝓbatōem dr̄. ꝙ nō ſcant q̄titatē ꝓprie dictā. sʒ solū q̄titateʒ improprie dictā. scʒ solā q̄titatē q̄ est metaphorice sumpta que non est res vt hic capit̃ res Ad quartū dr̄. ꝙ de illis ſcationibꝫ nō est ad ꝑpositū. vt pᷓus dc̄m est.
Ad q̇ntū dr̄ ꝙ termini scðe impositōis ſcāt rē rōnis. et licet nō ſcent rē hn̄tē eē reale. sufficit tn̄ ꝙ habeāt ſcatōem ad placitū de q̊ hic intelligit̃

¶ Suppositio est acceptio termini substantiui pro aliquo Differūt aūt suppositio ⁊ significatio. q2 ſcatio fit p ipositionem vocis ad significandū rem. Suppositio est acceptio termini iam ſcantis rem p quo. vt dr̄ hō currit. iste terminꝰ hō tenet̃ stare p sorte platone ⁊ sic de aliꝭs. Unde ſcatio pōr est suppōne. Et differūt in hoc. quia ſcatio est vocis. suppositio vero est termini iam ɔpositi ex vocē ⁊ ſcatione. ergo supponere ⁊ significare nō sunt idem. sed differūt p locū a ɔiugatis Item ſcatio est signi ad signatum: suppositio vero est suppo

Tractatus sextus

nentis ad suppositū. ergo suppositio nō est ꝟcatio. Copulatio
est acceptio termini adiectiui pro aliquo.

Postq̄ȝ au. supius posuit aliq̄ cōia valentia ad suppōnem intelligendā
et spēs ei⁹. h ꝯñter determiat de ipa eā sic definiēs. Suppō est acceptio ter
mini substātiui ꝑ aliq̄. In q̄ definitōe acceptio ponit̃ loco gñis. ꝛ ponit̃ ter-
mini substātiui ad drñam copulatōis q̄ est ꝓprietas termini adiectiui. ꝛ po
nit̃ ꝑ aliquo. i. ꝑ re ꝟcata. ad drñaȝ suppōnis grāmaticalis. que est relatio ad
suppositū de q̄ hic nō est ad ꝓpositū. Vñ ille ablatiu⁹ aliq̄ nō tenet̃ ꝑticulari
ter ꝑ ꝑticulari supposito. sed cathegreumatice. scȝ ꝑ re vel ente ¶ Sciendū
ꝑmo. ꝙ suppositio accipit̃ dupl'r. vno mō ꝑ suppōne reali. sicut cuȝ dicim⁹ ꝙ
parieti supponit̃ fundamentū. ꝛ de illa nō est ad ꝓpositum. Alio mō est passio
vocis ꝟcatiue. Et talis est duplex. q̄ꝛ q̄dā est relatio termini supponētis ad
rē suppositā. q̄ suppositio est in termino actiue. sicut in eo qđ ponit sub se rem
ꝟcatā ꝑ ipm. ꝛ in ꝟcato passiue. et de tali suppōne est ad ꝓpositū. Alio mō vt
est relatio suppositi ad appositū. sicut in grāmatica nomē supponit̃ ꝟbo. ꝛ de
tali nō est ad ꝓpositū ¶ Sciendū scđo. ꝙ termin⁹ substātiuus supponit ex-
tra ꝓpōnem ꝛ in ꝓpōne. Cuius rō est. q̄ꝛ ad suppōnem vt hic capit̃ requirit̃
ꝙ supponat̃ res ꝟcata substātiue cū termino substātiuo ꝑ aliq̄ accepto Sup
positio eñ dr̄ respectū ad rem. mō terminus substātiuus p̄t capi ꝑ re ꝟcata
ꝑ ipm extra ꝓpōnem ꝛ etiā in ꝓpōne. g̃ ꝛc̃. Vñ ponēres adiectiua suppone-
re sicut Buridanus abutūtur suppōne. pȝ. q̄ꝛ res ꝟcata ꝑ nomē adiectiuū
nō hȝ rōnem substantis sed solū rōnem adiacentis. ¶ Sciendū tercio. ꝙ
in textu ponit̃ drña inter ꝟcatōem ꝛ suppōnem. q̄ꝛ ꝟcatio est vocis imposite
ad ꝟcandū rem. sed suppō est ꝓprietas termini iam rem ꝟcantis. Ex quo seq̄
tur alia drña. q̄ꝛ ꝟcatio est ipsius vocis. sȝ suppō est ipius termini iam ꝯstitu
ti ex voce ꝛ ꝟcatōe. Itē drñt aliter. q̄ꝛ ꝟcatio est relatio vocis ad ꝟcatū. suppo
sitio ꝟo est relatio termini supponentis ad rem suppositam. Vñ licet suppō
addat aliq̄d ꝟcationi ꝛ est minus ꝯ̄tum ad ea in q̄bꝫ repetit̃. nō tñ suppō est
essentialiter ꝟcatio. q̄ꝛ suppō nō supaddit aliq̄d ꝟcationi sicut inferius supio
ri. sed suppō noīat ꝓprietatē aliā a ꝟcatione. minus tñ ꝯmunē q̄ȝ ꝟcatio. sicut
pȝ de altedine ꝛ albo. in q̄bꝫ ambobꝫ repitur ꝟcatio que ꝟm suā naturā repe
rit̃ tam in termino substātiuo q̄ȝ in adiectiuo. suppō ꝟo repit̃ tm̄ in termino
substantiuo. ¶ Sciendū quarto. ꝙ copulatio sic definit̃ in textu. Copula-
tio est acceptio termini adiectiui ꝑ aliq̄. In q̄ definitione acceptio ponit̃ loco
gñis. ꝛ termini adiectiui ad drñam termini substātiui. Et dr̄ terminus capi
adiectiue qñ accipit̃ ꝑ dcōne ꝟcante rē q̄ ꝑ se non p̄t p̄dicari in ꝓpōne. Dr̄ eñ
ponit̃ ꝑ aliq̄. i. ꝑ aliq̄ re ꝟcata ꝑ adiectiuū. ad drñam syncathegreumatū. Vñ
vocat̃ copulatio. q̄ꝛ sicut illa est ꝓprietas copule copulatōis p̄dicatū de subie
cto. sic adiectiua adiectiue tenta hñt copulare siue determinare ꝛ nō adiecti
ua substātiue capta in neutro genere. Vñ vl'e ꝛ ꝑticulare respiciūt terminū
rōne sue q̄litatis essentialis. q̄ꝛ si sit cōicabilis pluribꝫ facit terminū vl'eȝ vel
cōem. Si ꝟo q̄litas a q̄ nomē imponit̃ nō est cōicabilis pluribꝫ. tunc ꝯstituit
terminū ꝑticularē vel singularē. sed adiectiuū ꝛ substātiuū respiciūt terminū
respectu sue q̄litatis accñtalis. q̄ꝛ ꝟm ꝙ terminus ꝟt rem suā ꝑ modū alteri
adiacētis dr̄ terminus adiectiuus. sȝ ꝟm ꝙ termin⁹ ꝟcat rē suā ꝑ modū ꝑ se

stantis dr terminꝰ substātiuꝰ. Et sic vl'e ⁊ pticulare pus respiciūt terminū q̄z adiectiuū ⁊ substātiuū. ☞ Contra pdicta ar. pᵒ. sic. in ista ꝓpone albū est aīal. albū supponit. ⁊ tn̄ est adiectiuū. ḡ suppō est acceptio termini adiectiui p aliq̄ Scd̄o sic. si terminꝰ substantiuꝰ supponeret opteret q᷒ res p ipm̄ ₚcata sibi supponeret. ſꝫ hoc nō. q̄ꝛ res nō est subiecta termino. sed sermo subiectus est rei. vt inq̄t plato. ḡ terminꝰ substātiuꝰ supponit Tercio sic. si deffinitio suppōnis esſꝫ sufficiens sequeret q᷒ terminꝰ extra ꝓpōnem supponeret q̄ꝛ pt accipi p aliq̄. sed hoc nō. q̄ꝛ suppō est respectu illiꝰ q̄d apponit. Quarto sic. copula ꝓpōnis dr copulare. ⁊ tn̄ nō est adiectiuuꝫ. ḡ male dr q᷒ copula est acceptio termini adiectiui p aliquo Quinto sic. si deffinitio esſꝫ sufficiens sequeret q᷒ nullus terminꝰ supponeret simpl'r vel ꝯfuse. q̄d tn̄ est falsuꝫ sicut postea videbit. q̄ꝛ signuꝫ pticulare facit supponere pticulariter. ⁊ sic p̄s q̄d dr p aliq̄ ₚcat q᷒ ois suppō sit pticularis ☞ Ad pmū dr. q᷒ lꝫ adiectiuū adiectiue sumptū nō supponit nec subijcit p se in ꝓpōne. tn̄ substātiue captū in neutro genere ei ꝯuenit supponere. ⁊ subijcit in ꝓpōne. ⁊ isto mō albū supponit in ista ꝓpōne. albū est aīal. Ad scd̄m dr. q᷒ lꝫ res ₚcata p terminuꝫ nō sit subiecta ₚm modū. est tn̄ cā sue ꝯceptōis p suā silitudinē in aīa nr̄a. ⁊ ex ꝯn̄ti cā in potētia vocis ₚcatiue. et sic ipa res ₚcata p terminū inesse ē subiecta sermoni ⁊ sibi supponit Ad terciū pꝫ solutio ex dictis Ad q̄rtū dr q᷒ copula ꝓpōis ⁊ adiectiua dicūtur copulare. hoc tn̄ est diuersimode. q̄ꝛ copula ꝓpōnis copulat subiectū cū p̄dicato. vel vnā ꝓpōnem cū alia. q̄ꝛ est nota eoꝝ q̄ de altero dicūt. ⁊ sibi ꝯuenit copulare tm̄ actiue ⁊ nō passiue. sed adiectiua dicūtur copulare se suis substātiuis rōne suī modi ₚcandi. ideo adiectiua copulant. scꝫ p ₚcatū ⁊ suū modū ₚcandi. q̄ꝛ ₚcant p modū alteri adiacentis vel inherentis. ⁊ ideo ipis nō ꝯuenit copulare tm̄. sed etiā copulari. Ad q̄ntū negat ꝯn̄a. quia ille abltūs aliquo nō capitur hic indefinite sed cathegreumatice p re vel ꝓprietate

Suppositionū alia cōis alia discreta. Suppō cōmunis est que fit p terminū ꝯmunē. vt hō aīal. Discreta que fit per terminū discretū. vt sortes. vel p terminū ꝯmunē cū pnomine demōstratiuo pmitiue spēi. vt iste hō ē. qui est terminꝰ discretus. Itē suppositionū ꝯmuniū alia naturalis. alia accidentalis. Suppositio naturalis est acceptio termini cōis p omībꝫ hīs p quibꝫ aptus natus est ptici pari. vt iste terminus hō p se sumptus supponit p omībꝫ hoībꝫ taꝫ qui sunt q̄ erūt ⁊ qui fuerūt. Accidentalis suppositio est acceptio termini cōis p omībꝫ p quibꝫ exigit suū adiūctuꝫ. vt hō currit. iste terminꝰ hō. supponit p oībꝫ hoībꝫ p̄sentibꝫ. Et cuꝫ dr hō fuit vl' cucurrit supponit p pteritis Et cū dr hō erit vel hō curret supponit p futuris. Et sic hꝫ diuersas suppōnes ₚm diuersitatem eoꝝ que ei adiūgunt

Postq̄ autor posuit definitõem suppõnis. hic ꝯsequẽter ponit eius di/
uisionẽ dicens. Suppõnũ alia cõis. alia discreta. Cuius diuisionis rõ est. q̄r
suppositio est acceptio alicuius termini substantiui ꝑ aliquo. vel ergo talis
terminus est singularis vel ꝑticularis. si singularis sic est suppositio discreta
si ꝑticularis sic est suppõ cõis. Vñ suppõ cõis est illa q̄ fit ꝑ terminuz cõem.
vt hõ hʒ suppõnem cõem. Sed suppositio discreta est illa q̄ fit ꝑ terminuz
singularẽ vel ꝑ terminũ cõem discrete sumptũ. exẽplũ ꝑmi. vt sortes pe. ꝛc.
exemplũ secũdi. vt iste hõ ¶ Sciendũ ꝑmo. q̄ suppositio discreta fit ꝑ sin
gularia que sunt infinita ꝛ ab arte relinquẽda. Ideo definita suppõne discre
ta autor diuidit in textu suppõem cõem dicẽs. Suppositionũ ꝯmuniũ alia
est naturalis. alia accidẽtalis. Cuius diuisiõis rõ est. q̄r oĩs suppositio cõis
vel est termini substãtiui ꝑ aliquo ꝑ se sumpto. aut cũ addito. si ꝑmuz sic est
suppositio naturalis. si scðm sic est suppõ accidẽtalis. ¶ Sciendũ secũdo
q̄ suppositio naturalis ꝯuenit termino substãtiuo ꝑ se sumpto sine addito
Et dr̄ naturalis duplici de cã. Prima est. q̄r talis suppositio ꝯuenit termĩo
rõne alicuius intrinseci. Ideo ex sua natura hʒ illaz suppõnem. Alia cã est
q̄r talis suppositio ꝯuenit termino rõne sue forme que dr̄ natura termini. iõ
talis suppõ dr̄ naturalis. Sed suppõ accñtalis est que ꝯuenit termino rõne
alicuius extrinseci sibi adiũcti Et dr̄ accñtalis. q̄r accidit termino. et ergo ter
mini substantiui dicũtur naturaliter supponere ꝛ nõ termini adiectiui. quia
adiectiua ꝑcant formã suam vt in alio. ideo semꝑ habẽt adiũctũ vel implici/
te vel explicite ¶ Sciendũ tercio q̄ suppõ naturalis est acceptio termini
ꝑ oĩbꝫ de quibꝫ sua forma nata est predicari. vt hõ ꝑ se sumptus supponit
pro oĩbꝫ hoĩbꝫ qui sunt fuerũt ꝛ erũt. In qua definitõe ponit̃ acceptio loco
generis. Et ponit̃ termini cõis. ad drñam suppõnis discrete. ꝛ residuũ po/
nit̃ ad drñam suppõnis accñtalis. vnde forma talis termini dr̄ natura cõis
q̄ multis ꝯuenit ꝑcatis ꝑ terminũ cõem qui ꝑ se sumptus stat ꝑ ꝑ̃sentibꝫ p̃/
teritis ꝛ futuris. ideo vocat̃ naturalis. ꝛ ꝯuenit termino extra ꝑpõnem ꝛ si/
ne quocũq̧ addito. Vñ licet quedã suppõ dicat̃ naturalis ꝛ q̄dã accñtalis
nõ tñ est ponenda suppõ materialis. Cuius duplex est rõ. Prima q̄r suppõ
est acceptio termini rem ꝑcantis. g̊ ꝯuenit t̃mino ꝑcatiue sumpto ꝛ nõ ma
terialiter. Scða rõ. q̄r suppositio est termini iã ꝯstituti ex voce ꝛ ꝑcatõne. g̊
nõ ꝯuenit dictiõi materialiter sumpte. q̄re nulla est suppõ materialis.
¶ Sciendũ q̄rto q̄ suppõ accñtalis est acceptio termini cõis ꝑ oĩbꝫ his ꝑ
quibꝫ exigit suũ adiũctũ. vt hõ est. hõ supponit ꝑ ꝑ̃sentibꝫ rõne illius ṽbi est
ꝑ̃sentis t̃pis q̄d sibi adiũgit̃. Et sil'r cũ dr̄. hõ albꝫ est aĩal. hõ supponit ꝑ ho/
minibꝫ albis. In qua definitõe ponit̃ acceptio loco generis. et ponit̃ termini
cõis ad drñam suppõnis discrete. et residuũ ponit̃ ad drñam suppõnis na/
turalis. ex quibꝫ pꝫ declaratio diuisiõis ☞ Contra ꝑ̃dicta arguit̃ ꝑmo
sic. suppõ est quidã actus. sed actꝰ ꝛ opatiões sunt circa singularia. vt dicit
p̃hs in ꝑhemio metaphisice. ergo nulla est suppõ cõis. Scðo sic. supposi/
tio sequit̃ significatõem termini qui est ad placitũ ergo nõ est naturalis sup
positio Tercio sic. si essʒ aliqua suppõ naturalis illa ꝯueniret termino ꝑ̃ m
se sumpto. sed hoc nõ. q̄r suppositio est relatio suppositi ꝛ appositi. ergo non
conuenit termino per se sumpto Quarto sic. suppositio accidẽtalis est sup
positio per accidens. ergo non debet dici suppositio. Quinto sic homo est

dictio bissyllaba amo ē verbū. subiecta supponūt ⁊ nō nisi materialiter. ergo ponenda est suppositio materialis ☞ Ad pmū dr ꝙ lꝫ capiēdo actū ꝓ forma rei. siue sit sbalis siue accn̄talis. suppositio sit actus. tn̄ capiendo actū ꝑ actu scdo q̄ dr opatio quo mō accipit act⁹ in autoritate arestotelis sic suppositio nō ē actus ⁊ sic actus sunt suppositoꝝ. Ad scdm dr negando ꝯn̄am. Et rō ē. qꝛ suppositio a sṗcatōne distinguit vt ṗus dictū ē. Ad terciū dicit. ꝙ suppositio de qua ē hic ad ꝓpositū ē relatio termini supponentis ad rem suppositā iam nonnulla suppositio cōuenit termīo q̄ sṗcat rem ꝓ qua supponit sine additōne alterius termini extrinseci. Jō aliqua suppositio bn̄ dr suppositio naturalis. Ad quartū dr. ꝙ suppositio nō dr accn̄talis eo ꝙ dicat̄ ꝑ accn̄s. sed dr accn̄talis rōne alicui⁹ extrinseci sibi adiūcti vt dictū est. Ad q̄ntū dr. ꝙ licꝫ subiecta istaꝝ ꝓpōnū supponūt suppōne grāmaticali. vt relatōne suppositi ad apositū. qꝛ supponere hoc mō nihil aliud ē q̄ȝ suppositū reddere ṽbo. tn̄ nō supponūt suppōne q̄ ē relatio termini supponentis ad rem suppositā. de qua solū ē hic ad ꝓpositū.

Accidentaliū suppositōnū alia simplex. alia personalis. Suppositio accidentalis simplex est acceptio termini cōis pre xli sṗcata per ipm terminū. vt cū dicit̄ homo est species aīal est genus. Jbi iste terminus hō supponit ꝓ hoīe in cōi ⁊ nō ꝓ aliquo inferiori. Et silr̄ etiā dicēdū ē de quolibet termino cōi. vt risibile est ꝓpriū. rōnale est dr̄a. albū est accn̄s. Item suppositōnū simpliciū alia ē termini cōis in subiecto positi. vt hō ē spēs. iste termin⁹ hō simplicē habet suppōnem. quia solum supponit ꝓ natura speciei. Alia est termini cōis positi in p̄dicato ꝓpositōnis affirmatiue. vt omnis homo est aīal ibi iste termin⁹ animal in p̄dicato positus simplicē habꝫ suppositōnē. quia solū supponit ꝓ natura generis. Alia ē termini cōis positi post dictōnē exceptiuā. vt oē aīal preter hominē est irrōnale. Jbi iste termin⁹ hoīem simplicem hꝫ suppositōnem. quia nō licet fieri descensum sub ipo. vnde non sequit̄ oē aīal preter hoīem est irrōnale. ergo oē aīal preter hunc hoīem est irrōnale ex quo ibi est fallacia figure dictionis procedendo a suppositōne simplici ad personalem Similiter hic homo est species. ergo aliquis homo est species. Et similiter hic oīs homo est animal. ergo oīs hō est hoc animal. Jn omibus eīn istis ⁊ similib⁹ fit ꝓcessus a suppositōne simplici ad suppositōnem personalem. Quod aūt termin⁹ in p̄dicato positus simplicē habet suppositōnē patet quia cū dicit̄ oīm oppositoꝝ eadem est disciplina. nisi

Tractatus septimus.

Ile terminus disciplina simplicem haberet suppōnē sic fieret
descensus sub ipo ⁊ esset falsa. nulla eñ particularis discipli
na est oīm ꝯtrarioꝝ. medicina eñ nō est oīm ꝯtrarioꝝ sed so
lū sani ⁊ egri. grāmatica eñ nō est oīm ꝯtrarioꝝ. sed solū con
grui ⁊ incōgrui. logica veri ⁊ falsi ⁊ sic de alijs. Personalis
aūt suppositio est acceptio termini cōis ꝑ suis inferioribꝫ. vt
cū dicit hō currit. iste termin⁹ hō supponit ꝑ suis inferioribꝫ
Itē ꝑsonaliū suppositōnū alia ē determiata alia ꝯfusa. Deter
minata suppō est acceptio termini cōis indiffinite sumpti vł
cū signo particulari. vt hō currit. vel aliqs hō currit. Et dicit
vtraqꝫ illaꝝ determinata. qꝛ licꝫ in vtraqꝫ istaꝝ iste terminus
homo supponit ꝑ oī hoīe tam currēte qꝫ nō currēte. tñ ꝑ vno
solo homīe currente verā dicit. ⁊ qꝛ aliud est supponere. ⁊ ali
ud est locutionē esse verā ꝑ aliquo vel falsam. igit in ꝑdictis
